



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
propriarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

González Téllez, Emanuel

Francofurti Ad Moenum, 1690

Titvlvs XXIII. De solutionibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

TITVLVS XXIII.

De solutionibus.

CAPUT I.

Alexander III. Decano & Capitulo (a) Morin.

AD hoc in Apostolica Sedis specula sumus, licet immeriti, Domino disponente constituti, ut aciem nostrae considerationis ad universas Ecclesias extendamus, & earum commodis, & profectibus omnino intendamus. Pervenit autem ad audientiam nostram ex parte venerabilis fratris (b) Episcopi vestri, quod ipse pro Ecclesiae vestrae necessitatibus magno sit onere debitorum praegravatus. Unde quasi vir providus & discretus nos obnixè rogavit, ut vos pro eis reddendis sollicitos redderemus. Quia verò decet vos pro utilitate Ecclesiae, & incremento diligentes, & vigiles existere, dignitati vestrae mandamus, quod si contigerit eundem Episcopum ante solutionem debitorum, quae pro utilitate, & necessitate Ecclesiae sibi commissae contraxerit, hac luce migrare, de redditibus, qui spectant ad mensam ejus, donec alius loco ejus substituatur, eadem debita solvere studeatis. Quo substituto, Episcopum ad eorundem debitorum solutionem omnino adducetis: & sicut (c) filius debita patris, ita Praelatus sui praedecessoris pro necessitate Ecclesiae contracta teneretur persolvere.

NOTA.

1. (a) *Morin.*) Ita legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* & post Concilium Lateranense p. 29. cap. 9. ex quo ita restituo integram hujus textus: & ex ea facile constat, in praesenti rescribere Alexandrum III. Capitulo, & Decano Morienensis diocesis, non quia Sedes Episcopalis vacaret, siquidem Alexander rescribit; sed quia licet Episcopus debita contracta à praedecessore ratione dignitatis agnosceret, & pro eis satisfacere vellet, tamen ut grande erat as alienum, timebatur ne antea decederet Episcopus superstes, & ejus successor renueret debita persolvere; ideo Alexander jubet Decano, & Capitulo, ut si Episcopus decederet, fructus Ecclesiae vacantis non servarentur successori, juxta adducta in cap. cum vos 4. de officio Ordin. sed creditoribus ex eis fieret satis. Nec est cur arguat Alexandrum III. Chopinus lib. 1. de sacra pot. tit. 7. num. 1. ex eo quod contra regalia Regis Galliae supponit, vacantis Ecclesiae Morienensis administrationem ad Capitulum, non verò ad Regem spectare, cum regalia exerceat in Ecclesia Morienensi Christianissimus Rex; unde ad ipsum spectare contendit Chopinus, non verò ad Capitulum administrationem Ecclesiae vacantis. Nam etsi idaremus, temporibus Alexandri III. Regem Galliae exercuisse regalia in Ecclesia Morin. cum illis temporibus Imperator Fridericus ferè totam Germaniam occupasset; tamen praesens decisio non repugnat juri regalarum, siquidem ex eo tantum competit Principi custodia vacantis Ecclesiae, ut probavi in dist. cap. cum

vos, non verò dispositio rerum Ecclesiae. Unde non obstante regalarum jure poterat Alexander jubere Capitulo & Decano Ecclesiae Morienensis, ut de fructibus ad mensam Episcopi spectantibus creditoribus satisfacerent, cum debita illa fuissent Ecclesiae causae, & dignitatis Episcopalis gratia contracta.

(b) *Episcopi vestri.*) Milonis videlicet secundi, filii prioris Milonis, ut refert Bucelinus tom. 1. German. sacra. in serie Morin. Episc.

(c) *Sicut filius.*) Hanc rationem decisionis pro decisione compilavit Papiensis in dicta prima compil. à quo transcripsit Raymundus in praesenti; non tamen absolute ita accipienda est, quasi dicat Alexander III. filium semper tenet onera paterna agnoscere, & persolvere; cum ad hoc, ut filii teneantur paternis creditoribus, desideretur immixtio in bonis paternis, ut ex textu in l. ei qui, ff. de acquir. heredit. l. 1. C. si minor ab heredit. docent Gomez lib. 1. variar. cap. 9. n. 25. Gutierrez in § sui, num. 10. Inst. de hered. qual. Parlador lib. 2. rerum quotid. cap. ultim. 4. p. à num. 2. Hothomanus consil. 90. num. 19. plures congesti à Paschali de patria potest. 4. p. cap. 1. num. 30. Azevedo in l. ultima. num. 86. tit. 25. lib. 5. recopil. Quare ut haec verba Alexandri exponant classici repetentes, & Doctores supra laudati, varia adducunt. Glossa hic, verbo Filius, quam sequuntur Abbas, & communiter repetentes, Fornerius in notis ad Cassiodorum lib. 4. var. accipiunt de filio non simpliciter, sed de filio secundum ea, quae saepius contingunt, herede patris, argumeto legis 4. §. 6. ff. de legib. ut sensus Alexandri sit, quod sicut filius haeres patris tenetur solvere debita ipsius, ita successor

successor in beneficio tenetur ad debita predecessoris pro Ecclesie necessitate, seu utilitate contracta. Sed hic intellectus, licet communis sit, non placet, quia nullum mysterium contineret in filio, & aptius Alexander III. uteretur nomine heredis; siquidem quicumque, etiam extraneus, tenetur ad debita defuncti solvenda, l. unic. C. ut actiones ab heredibus: deinde quia inepta esset aequiparatio de herede ad Prælaturam, cum heres succedat in universum jus defuncti, l. cum heres ff. de acquir. posses. l. hereditas 62. ff. de reg. jur. & ideo tenetur solvere omnia debita ipsius, sive sint contracta propter res, in quibus successit, sive propter personam necessitatem; at verò successor in beneficio non personam predecessoris repræsentat, sed dignitatem, juxta adducta in cap. quoniam Abbas. de offic. deleg. nec defuncto succedit, sed virtute institutionis canonice admittitur, cap. cum venissent, de instir. c. 1. de reg. jur. lib. 6. atque idè ad ea tantum debita predecessoris tenetur, quæ contraxit propter necessitatem Ecclesie. Alii allerunt, in præsentis casu dubitatum fuisse, an Prælatus electus ante confirmationem, & possessionem dignitatis teneretur solvere debita predecessoris sui contracta pro necessitate Ecclesie? Et huic questioni respondisse Alexandrum, Prælatum sicut filium teneri, id est, quod sicut filius, quamvis heres patris sit, non tenetur ad debita ipsius, nisi postquam hereditati ejus se immiscuit, ita nec Prælatus, nisi post confirmationem & adeptam possessionem. Movenitur ex eo, quia Pontifex in præsentis non rescribit Episcopo Morin. sed Decano, & Capitulo; & ita aequiparatio procedit, ut sicut filius ante immixtionem non tenetur paternam debita solvere, postea verò ut heres tenetur; ita etiam Prælatus ante confirmationem, & adeptam possessionem non tenetur debita predecessoris solvere, postea verò tenetur ad ea, quæ ob utilitatem, seu necessitatem Ecclesie contracta fuerunt. Verum hæc interpretatio facile convincitur ex his, quæ adduxi supra pro expositione inscriptionis, & ex proxime dicendis. Quare his ommissis, Primarius noster, supremique Senatus Castellæ Consiliarius, D. Joannes de Parexa in repetit. ad hunc textum, existimavit Alexandrum in præsentis agere de debitis à patre familiæ contractis ex causa publica, veluti ex causa Primipilari; quo casu filius etiam heres non sit, tenetur, l. final. de C. offic. Primipil. lib. 12. & ita rectè arguere Alexandrum à filio, qui ex causa Primipilari debita à patre contracta semper tenetur solvere ob publicam utilitatem; ad Prælaturam, qui etiam solvere tenetur debita in Ecclesia utilitatem à predecessore contracta, quia ob publicam utilitatem contracta fuerunt. Sed licet verum sit, filium debita ex causa Primipilari à patre contracta semper teneri persolvere, ut probavi in cap. ex litteris, de pignori. non tamen est ratio, quare generalem Alexandri decisionem ad hunc casum specialem contrahamus. His ergo, & aliis interpretationibus ommissis, verius est Alexandrum III. agere generaliter de filio suo herede, etiam ante immixtionem; ut enim rectè probat Arias de Mesa lib. 3. variar. cap. 1. per tot. filius suus heres patris etiam ante immixtionem tenetur paternis creditoribus; ideo rectè arguit Alexander III. ab eo ad Prælaturam, & ait, quod sicut filius, sive ante immixtionem, sive post tenetur paternis creditoribus respondere; ita Prælatus cogitur debita à D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. III. Pars I.

predecessore ratione dignitatis contracta solvere ex fructibus, seu redditibus ante apprehensam possessionem, sive post perceptis; quia jure communi attento omnes illi fructus ad ipsum spectabant, ut in cap. 2. ne feder vacante.

COMMENTARIUM.

EX hac Alexandri decisione sequens communiter deducitur assertio: Successor in Ecclesia tenetur solvere debita ob ejus utilitatem à predecessore contracta. Probant eam textus in capite quia & probatur. Joannes 12. quest. 5. capite convenior 23. quest. 8. cap. significante 34. cap. significavit 36. de rescript. capite causam 9. de iudicis, capite veniaris 8. de iurejur. capite 1. de alienat. iudicis, capite dilecti 17. de foro compet. capite 1. de deposito, capite perinas, capite cum dilecti 6. de donat. capite 2. de precario, capite 3. de pignori, capite final. de his que sunt à Pralatis. in 5. compil. ibi: Dilecti filii Abbas, & Conventus Palustrum. nobis humiliter supplicarunt, ut cum idem monasterium per dilapidationem R. quondam Abbatis ipsius, qui tanquam dissipator multa, & diversa contraxit debita, tanto gravetur onere debitorum, quod ipsi ad solutionem non sufficiant eorundem, providere super hoc eis misericorditer dignaremur. Volentes igitur ipsius monasterii, quod ad nos specialiter pertinet, in debitis gravaminibus obviare, disc. v. m. quatenus auctoritate nostra, sublato appellationis impedimento providere curetis, ne super debitis, qua nec de Conventus, aut majoris, & sanioris partis ejus assensu, nec pro utilitate monasterii ab ipso R. contracta fuerunt, Abbas & Conventus jamdicti præter litterarum ipsius R. cum pleræque ipse fecisse dicatur etiam post amissionem suam, per litteras prædictas molestentur. Illustrant ultra congestos in præsentis à Garafia & Barb. in collect. & select. Marefcotus. lib. 1. variar. capite 18. Leon com. 2. decis. Valentia, dec. 135. Silva de salaris famil. quest. 15. Frago de regim. Christ. Reip. 1. p. lib. 1. disp. 2. §. 1. Grocius de jure belli lib. 2. cap. 14. num. 11 & in notis, Fornerius ad Casiodorum lib. 4. epistol. 10. Petrus Gregorius lib. 7. de repub. cap. final. n. 58. Pekius de Eccles. edific. c. 19. Fernofinus in c. quia, vers. De iudicis, q. 12. 16 & 18. Martha de jurisdict. 4. p. 9. 51. Quintanadueñas lib. 2. Ecclesiast. n. 42. Amaya in l. 24. C. de decur. lib. 10. Castillo lib. 5. contro. cap. 161. n. 50. & de alimentis cap. 68.

Sed pro dubitandi ratione ita in præsentem assertionem insurgo: Non solum in jure insolens est, verum & æquitati naturali contrarium, pro alienis debitis alios molestari, l. hac 12. C. de omni in assertio, agro desert. lib. 11. l. si quis suo 33. §. legis, C. de inoffic. l. 1. & 3. C. ne uxor pro marito: pulchre Casiodorus lib. 4. epistol. 10. ibi: Dividuntur causa germanis; filius obligationibus paternis, si non sit heres, exiit; uxor maritalibus debitis, nisi per successionis vincula non tenetur, & audacia ad solutionem trahit extraneos, cum absolvant jura conjunctos. Et epistol. 14. Magni peccati genus est alienis debitis alterum gravari. Illustrant Cujacius ad titul. C. ne filius pro patre. Osvaldus libro 15. comment. capite ultim. littera A. Amaya in l. 25. C. de decurion. num. 35. Solorzanus de Ind. gub. libro 1. cap. 18. num. 9. Igitur successor in Episcopatu, aut beneficio non debet cogi ad solvenda debita à predecessore contracta, præcipue cum successio, aut subrogatio muneris, vel officii non pariat subrogationem respectu obligationis, & debiti; quoniam cujuslibet personam respicit

tuiusque propria obligatio, vel crimen, *l. sanc-*
imus 12. C. de panis, l. non debet, ff. de reg. jur.
 iunctis traditis à Covar. *lib. 2. var. c. 8. Gutierrez*
lib. 2. canonic. c. 30 Caballo resol. crimin. casu 2. 6.
ex num. 2. Quare cum in Episcopum electus non
 veniat tanquam successor hereditarius, qui cum
 defuncti personam repræsentet, omnes illius
 obligationes suscipit, *ex l. hæres in omne, ff. de*
acquir. heredit. l. heredem 59. l. hereditas 62. l. in
virtus 156. §. cum quis, l. in his 175. in fine, ff. de reg.
jur. iunctis traditis à Donel. lib. 6. comment. cap. 2.
 Pichardo in rubric de hered. instit. n. 15 Schifordeg.
 ad Fabrum *lib. 2. tract. 16. q. 1. c. 2.* sed veniat tan-
 quam singularis, aut particularis successor in lo-
 cum defuncti subrogatus, cum sui prædecessoris
 personam non repræsentet, nec ex acceptance
 officii se obligaverit ad debita, nec ex acceptatione
 obligatio officii Episcopatum, ut aliàs dixit
 Consultus in *l. 1. §. si hæres 16. ff. ad Velleianum,*
 & Imperatores docuerunt in *l. aris 15. l. si patri 24.*
C. de donat. l. finali, C. de heredit. action. Episco-
 pus non debet teneri solvere debita à prædeces-
 sore contracta. Augetur hæc difficultas ex eo,
 nam Episcopus, aut beneficiarius in locum prædeces-
 soris subrogatus est successor particularis;
 succedit enim ex titulo particulari, canonice vi-
 delicet institutionis; & ita nihil à prædecessore
 capit, sed ab ipso conferente, *c. cum venissent, de*
instit. c. 1. de reg. jur. lib. 9. sed successor ex titulo
 particulari non tenetur solvere debita sui ante-
 cessoris, *l. 1. C. si certum petatur, præcipue si nihil*
capiat à defuncto, l. unum 67. §. 2. ff. de legat. 2. ergo
 nec successor in beneficio. Augetur tandem, nam in
 Ecclesia Morinenfi bona Ecclesie, hoc est fabricæ,
 seu mensæ capitularis, erant separata à bonis men-
 sæ Episcopalis, ut ex ipso textu constat; & debita
 contracta erant in utilitatem Ecclesie, ut sapius in
 textu inculcatur. Ergo ex bonis Ecclesie satisfac-
 iendum erat creditoribus, non verò ex bonis men-
 sæ Episcopalis, cum ubi bona sunt distincta, admi-
 nistratio bonorum Ecclesie non spectet ad Præla-
 tum, *Capitulum, c. edoceri, de rescript.*

5.
 Traditur
 ratio deci-
 denis.

Quâ difficultate ita fulciat non obstante, præ-
 sens assertio vera est, videlicet, discrimen consti-
 tuendum esse inter debita, quæ Prælati propter
 Ecclesiam, seu in ejus utilitatem contraxit; & ea,
 quæ ipse ex personali, & speciali causa suscepit: ut
 primo casu teneatur successor ad debita prædeces-
 soris; secundo verò non teneatur. Differentiæ ratio
 in eo consistit, quòd successor in beneficio, et si hæ-
 res appellatur, *c. final 12. q. 2. c. convenior 23. q. 8.* non
 ita appellatur, quia ex defuncti voluntate in uni-
 versale, seu singulare jus successerit, nec etiam
 succedit ex defuncti vocatione, *c. Episcopo, c. Moy-*
ses 8. q. 1. sed quia habet eandem sedem, quam
 alius antea habuerat; unde æquum est, ut ille,
 qui rem ipsam occupat, fructusque, & preventus
 percipit, onera ipsius rei solvat, juxta textum in *l.*
mortuo 22. ff. de iust. l. inter 42. ff. de pactis, l. Im-
peratores 20. l. commissarij 4. ff. de publicanis, l. in
personam 22. ff. de reg. jur. Secundo verò casu ex de-
 bito personali prædecessoris successor conveniri
 non potest, quia nec est ejus hæres, nec ejus perso-
 nam repræsentat, aliàs ex alieno factò prægrava-
 retur, contra textum in *l. 1. c. ne uxor pro marito, l.*
1. C. ne filius pro patre. Unde receptum est, pen-
 siones decursas ab antecessore, mero jure debere
 successorem solvere, quia pensio est onus reale
 beneficii, non beneficiati, ut *ex d. l. Imperatores,*
cum simil. docent Giga de pensionibus q. 39. 40. c.

41. Gasias de expens. c. 11. n. 54. late Valentis *lib. 4.*
de benef. tit. 12. n. 17. Barb. de pens. p. 1. q. 2. n. 44. Mo-
lina lib. 1. de primog. cap. 27. n. 8. ubi addentes. Pyr-
rus Maurus de solut. c. 81. Noguerol. alleg. 2. n. 113.
 Hinc pariter receptum est, quod si beneficiarius
 ad congruam sustentationem, five in ejus infir-
 mitate debitum contraxerit, successor in benefi-
 cio id solvere teneatur, quia similes expensæ onus
 reale ipsius beneficii sunt, ut post Abbatem in
 præsent. n. 2. docuit Redoanus de rebus Ecclesie,
 q. 57. n. 7. Ex eadem discriminis ratione inferitur,
 successorem in beneficio non teneri stare locatio-
 ni à prædecessore factæ de fructibus beneficii ad
 eum spectantibus, ex regula textus in *l. lex 31. ff.*
de pignor. quia beneficiatus non succedit personæ,
 nec eam repræsentat; unde non tenetur observare
 quod à prædecessore personaliter factum est, ut
 docuerunt Covar. *lib. 2. var. cap. 15. n. 6.* ubi plu-
 res Ufellijs, & Farias, Fermosinus in cap. quia,
 vers. de iudicijs, q. 12. Morla in empur. p. 2. tit. 10.
 q. 2. num. 20. P. Barbosa in *l. filius, n. 18. ff. solus*
matrim. Nec contrarium suadent fundamenta ad-
 ducta à Cardinale *consil. 96. num. 4. Angelo consil.*
143. num. 6. Non primum ex eo deductum, quod
 collatio beneficii fiat ex causa necessaria, cum
 constet collatorem sibi illud non posse relegere,
c. relatum, de præbend. c. ult. de offic. Archiepiscop. &
quotiens translatio rei fit ex causa necessaria, non
teneretur successor stare locationi, in venditionem 8.
§. 1. ff. de rebus auctor. judic. quia verius est, ne-
 cessarium successorem non teneri servare locatio-
 nem à prædecessore factam, ut procedit in filio
 qui necessarium succedit in bonis publicatis, *l. si fun-*
dus 33. locati, juncto Gomezio lib. 2. variar. c. 4.
n. 5. & exemplo proprietarii, qui virtute conso-
 lidationis proprietatem occupat, *§. finitur. Instit.*
de usufructu. & tamen non tenetur stare locatio-
 ni à fructuario celebratæ, *l. si quis domum 9. §. ut*
ff. locati; quod etiam in successore majoratus
 procedere docuerunt Pinellus in *l. 1. C. de bonis*
majorat. Molina lib. 1. de primog. c. 21. n. 2. Gutier-
rez lib. 2. canonic. c. 8. & lib. 1. cap. 36. Nec contra-
 rium probatur in *d. l. in venditione, §. 1.* quia ibi
 creditor fuit missus in possessionem bonorum
 ex primo decreto: & sic cum ejus tantum custo-
 diam, non verò possessionem bonorum, aut domi-
 nium obtineret, juxta tradita in *c. quoniam, ut lite*
non contest. & ita debitor perfectus dominus mane-
ret, non poterat creditor locationem ab eo celebra-
tam rescindere, donec per secundum decretum do-
minium assequeretur, l. si finita 15. §. Julianus, ff.
damno infecto. Nec etiam favet Angelo, & Cardi-
 nali textus in *l. si filio §. si ovir 4. ff. solus matrim.* ubi
 probatur, quod si maritus fundum dotalem in quin-
 quennium locaverit, & post primum annum di-
 vortium sequatur, uxor cogitur stare locationi à
 marito factæ. Nam omissis variis interpretatio-
 nibus, quas refert, & refellit Barbosa *ibi,* respon-
 dendum est, mulierem ibi teneri stare locationi,
 non præcisè, sed causativè, videlicet, si divor-
 tium interveniat? nec interesse an nomine ma-
 riti præstare velit, ut latius prosequuntur Covar.
d. c. 15. n. 5. Cujacius lib. 23. obs. c. 38. Pichardus
in §. mortuo. Instit. de locato. Manet ergo, singu-
 larem successorem non teneri observare contra-
 ctus antecessoris, *l. emptorem 9. C. de locat. l. arbo-*
res 59. §. 1. ff. de usufruct. l. qui fundum 32. ff. lo-
cati: licet universalis successor, ut hæres est; te-
 neatur illum observare, *l. viam veritatis 10. C. de*
locato, l. cum in plures 60. §. heredem, ff. eod. titul.
 quia

quia heres repræsentat defuncti personam, & succedit in ejus universale jus, *l. heres 37. ff. de acquir. hered.* unde cum successor in Ecclesia nec personam defuncti repræsentet, nec in ejus jus succedat, immò nec ab ipso causam seu titulum habeat; rectè Alexander in præsentem docet, Episcopum non teneri debita à prædecesore contracta persolvere, nisi ob Ecclesiæ utilitatem, aut necessitatem contracta fuerint.

Nec obstat dubitandi ratio supra expensa, pro cuius solutione dicendum est, duobus modis posse debitum contrahi à Prælato Ecclesiæ. Primò propter necessitatem proprii patrimonii: secundò propter necessitatem, seu utilitatem Ecclesiæ. In primo casu sola persona contrahentis manet obligata, ex principiis juris supra adductis pro dubitandi ratione; secundo verò casu quicumque successor tenetur debita persolvere, quando Prælati, vel possessor illa contraxit cum solemnitate à jure præscripta; quia censetur nomine ipsius rei, vel Ecclesiæ, & tanquam ejus procurator contractum celebrasse, *cap. sine exceptione 12. q. 2. authent. hoc jus porrexitum, C. de sacros. Eccles.* Unde nihil mirum si talis res, vel Ecclesia ex simili contractu obligetur, ex principio juris, quo docetur, procuratorem nomine procuratoris contrahentem obligare illum, cuius procurator est, *l. si pupilli 6. §. 1. ff. de negot. gest. l. 1. §. non autem, ff. de exercit. act.* & per consequens cum

successor teneatur eisdem obligationibus, quibus ipsa res, seu Ecclesia, in qua succedit, erat obligata, ex textu in *cap. ex literis 3. de pignor.* rectè docetur in præsentem, successorem in Ecclesia teneri persolvere debita à prædecesore contracta ob necessitatem Ecclesiæ, non verò teneri ex illis obligationibus, quas ob privatam, & propriam utilitatem prædecesor celebravit. Ex qua distinctione interpretari possunt textus in *cap. significavit, de rescript. cap. dilecti, de foro compet. c. per tuas, de donat. c. per tuas de v. f.* in quibus, quia contractus celebrati fuerant in utilitatem, & gratiam Ecclesiæ, ideo Ecclesia ipsa, & Prælati in ea succedens tenetur eos adimplere, & servare: at verò in *cap. 1. de deposito, cap. 3. de pignor. cap. penult. de fidejuss. cap. 2. de precar.* obligationes non fuerunt contractæ Ecclesiæ gratiæ, & in ejus utilitatem, ideo in illis casibus nec Ecclesia tenetur debita persolvere, nec successor tenetur stare contractibus à prædecesore celebratis. Nec obstat ultimum augmentum ipsius dubitandi rationis; nam debita contracta ab Episcopo Morinensi in præsentem specie non respiciebant primò & principaliter Ecclesiam ipsam, seu ejus fabricam, aut mensam capitularem, aliàs ex ejus bonis solvenda erant; sed secundariò: primariò verò utilitatem Episcopi, & ejus mensam. Unde rectè ex ejus redditibus jubet Alexander III. satisfieri creditoribus.

CAPUT II.

(a) Gregorius IX. *Universis Ecclesiarum Prælati.*

SI quorundam. *Et infra:* Firmiter inhibemus, ne quis præsumat Ecclesiam sibi commissam pro (b) alienis gravare debitis, aut (c) litteras alicui, seu sigilla concedere, quibus possent Ecclesiæ obligari: decernentes si secus fuerit (d) attentatum, ad solutionem talium debitorum Ecclesias non teneri. Si quis autem contra præmissa de cætero venire præsumpserit, ab administratione spiritualium, & temporalium noverit se (e) suspensum.

NOTÆ.

(a) *Gregorius IX.* Glossa marginalis refert alibi legi, *Gregorius III.* sed cum in nulla ex collectionibus præcedentibus reperitur textus hic, verius credo, ejus auctorem esse Gregorium IX. qui noviter præsentem edidit constitutionem, & utiliter. Licet enim aliis Ecclesiæ canonibus prohiberetur indistinctè omnibus Prælati non solum res sacras, *c. 1. de pignor.* verum & temporales res Ecclesiæ specialiter pignori obligare, *cap. nulli, ibi, hypotheca, de rebus Ecclesiæ,* ubi Panormitanus *num. 2.* generaliter tamen res Ecclesiæ, & Ecclesiæ ipsas pro alienis debitis, id est propriis ipsius Prælati, nexui pignoris supponere huculque prohibitum non erat, licet eo casu facile succurreretur Ecclesiæ, aut rescissâ ipsâ obligatione, ex generali principio, quo docetur, alienam rem pignori dari non posse, *l. rem alienam 41. ff. de pignorat. cum aliis congestis à Vultejo disp. juris c. 17. vel petitâ restitutione in integrum,* ex textu in *c. 1. cap. auditis, de in integrum restit.* Sed Gregorius cupiens consulere Ecclesiæ ante rem vulneratam, & ne litigiis implicaretur, noviter in præsentem statuit, obligationem rerum Ecclesiæ factam à Prælato pro debitis propriis, seu alienis ab Ecclesia, non valere, & ita obligantem, seu pignori subjicientem res Ecclesiæ, suspendendum esse ab administratione; tam spiritualium, quam temporalium; & jus novum constitui in præsentem, constat ex illis verbis *inhibemus, & decernimus,* quæ jus novum inducunt, juxta Glossam verbo *Decernimus, in Clement. 2. de preb.* cum aliis adductis à Decio in *cap. decernimus, colum. ultim. de judicis.* Navarro in *c. accepta, opposit. 5. n. 8. de restit. spol.*

(b) *Alienis.* Ab ipsa Ecclesia videlicet, propriis verò ipsius Prælati; unde non rectè Glossa in præsentem, Panormitanus *n. 2.* Barbatia *n. 3.* Immolanus *num. 9.* acceperunt textum hunc de Prælato alienam obligationem in se suscipiente; hoc enim illi prohibitum non est, *c. 2. de fidejuss. c. pervenit, de arbitris,* dum cum assiduitate, & negotiationis causâ non fiat, ut probavi in *c. 1. de fidejuss.*

(c) *Litteras alicui, seu sigilla.* Non accipias sigillum in præsentem pro sigillo proprio Episcopi, aut Ecclesiæ Cathedralis, de quo, & ejus forma egit in *c. post 7. de prob. c. inter 6. de fide instrum.* cum non omnis Ecclesia sigillum proprium habeat, sed tantum major Ecclesia, Canonicis, & Capitulo constât. Unde cum in præsentem scribat Gregorius omnibus Ecclesiarum Prælati, & præcipue de inferioribus agat, ut omnes repetentes supponunt, non

potest sigillum hoc referri ad litteras sigillo publico munitas: sigillum enim plerumque significat signum, seu signaculum certis notis impressum, l. 1. §. si pecunia, ff. depositi. l. 12. §. penult. ff. locati, l. 1. in fine, l. 2. §. si dubitetur, l. 4. ff. testamenta quemadmodum, l. ad testium, §. signum, ff. qui testamta. Cicero ad Brutum, ibi: Littere omnes integris signis Pratoribus traduntur. Illustrant Marcellus Donatus ad Suetonium in Claudio, cap. Hopingius. de iure sigil. in princip. §. 3. Sensus ergo Gregorii est, ut si quis Prælatum per litteras, aut per signa propria alicui facultatem dederit obligandi res Ecclesiæ pro suis debitis ab administratione, tam spiritualium, quam temporalium suspensus maneat.

(d) Si secus fuerit attentatum. Ex his verbis deduci videtur, quod si Prælatum litteras, seu sigilla dederit ad obligandam Ecclesiam pro alienis debitis, licet cum effectu obligatio non sequatur, penam tamen suspensionis incurrat; quia ut quid dicatur attentatum, conatus sufficit, l. 3. §. his qui ff. de rem. ar. Prælatum quantum cit ex se delictum perpetravit, cap. si praterea 29. cum sequent. de penit. distinct. 1. quia hominum consilia, non exitus rerum in legibus attenduntur, l. aut facta 16. §. eventus ff. de penis. Hanc sententiam tenuerunt Butrius, & Immoia in presenti. Sed merito contrarium docuerunt Ancharanus num. 3. Zabarella quest. 9 ex vulgari textu in l. 2. ff. de penis, & ex eo, quia ratio presentis prohibitionis est, ne ex tali obligatione Ecclesia lædatur. Sed non sequitur obligatio ratio hæc cessat: igitur & pena cessare debet, ex l. final. ff. quod quisque juris, quam ita expendit Menochius consil. 306. num. 5. Nec contraria sententia favet verbum, attentatum, quo utitur Gregorius; quia licet illud in abstracto conatum significet, attamen plerumque ex verbis precedentibus, seu sequentibus actum perfectum demonstrat: unde in presenti ex illis verbis quæ sequuntur, ad solutionem debitorum, satis innuitur, in presenti agi de actu perfecto, & consummato.

(e) Suspensum. In perpetuum, donec cum eo dispensetur; quia regulariter suspensio quæ in penam delicti ponitur, perpetua intelligitur, l. in servorum 10. ff. de penis: docuerunt Glossa verbo Perpetuum. in cap. ex litteris, de constit. ubi Decius num. 5. Panormitanus num. 10. Si vero ob contumaciam imponatur, ad tempus tantum contumaciae imposita censetur, cap. si quis detinens 16. quest. 7. cap. 1. de matrimonio contratto. Nec in hac suspensione dispensare poterit Episcopus, ut voluerunt Innocentius hic, Ancharanus num. 6. Butrius num. 14. Quia cum dispensatio sit legis relaxatio, cap. requiritis, vers. Nisi rigor, 1. quest. 7. non potest fieri ab Episcopo, cum presentis constitutio Pontificia sit, cap. cum inferior, de majorit. & obed. docuerunt Glossa in cap. cupientes, §. ceterum, verbo Suspensos, de elect. lib. 6. Panormitanus hic, num. 15. Barbosa num. 13. Covar. de matrim. 2. p. cap. 6. num. 15. Hæc autem suspensio privat Prælaturam administrationem temporalium, & spiritualium, id est ut non possit ipse bona Ecclesiæ administrare in iudicio, vel extra, nec beneficia, aliaque ministeria ecclesiastica conferre; non autem prohibetur Missæ sacrificium, seu alia divina officia celebrare; nam hæc non spectant ad administrationem spiritualem, seu temporalem re-

rum Ecclesiæ: tantum enim Prælatum hic suspenditur ab his, quæ jurisdictionem, seu administrationem continent, ut docent Suarez de censuris disputat. 26. sect. 1. num. 8. Facit textus in extravag. Ambrosio, de rebus Ecclesiæ: ibi: Arrogamine, & administratione sue Ecclesiæ, vel monasterii, cui præsidet in temporalibus, & spiritualibus sit eo ipso suspensus. Unde non est ratio, quare dicamus in presenti, huiusmodi suspensionem celebrantem irregularitatem incurrare, ut repetentes hic communiter docent.

COMMENTARIUM.

EX hac Gregorii constitutione ita exposita, sequens deducitur assertio: Prælati Ecclesiæ proprias multiter obligant pro alienis debitis, & contrasacientes suspenduntur ab administratione in spiritualibus, & temporalibus. Probatur potest hæc assertio ex capite final. de accusat. capite venerabili, de offic. deleg. capite licet, capite ex tua 37. de simon. capite final. 3. quest. 2. capite penult. de fideiuss. Illustrant Cujacius & Barbosa in presenti. Saleado in praxi, capite 71. Suarez de censur. disputat. 31. sect. 1. num. 7. Gibalinus eod. tract. in synopsis censurar. verbo Obligatio, fol. 479. Filiucius in summa, tractatu 17. capite 6. quest. 5. Bonacina de censur. disp. 3. q. 4. punct. 14. Ferdinandus, eod. tract. disp. 4. punct. 10. §. 3. num. 4.

Sed hæc assertio difficilis valde redditur sequentibus considerationibus; nam Prælatum ob dilapidationem rerum propriæ Ecclesiæ non suspenditur, sed removetur, & illi quoad administrationem datur coadjutor, capite veritatis 8. de dolo & contumacia, cap. cum l. & A. de re iudic. capite final. de accusat. Tridentinum sess. 21. de reform. cap. 6. quem coadjutorem non evitabit Prælatum etiam si præstet cautionem de indemnitate rerum Ecclesiæ, argumento textus in §. final. Insuper, de suspensis. notavit Glossa in cap. sicut, §. final. de elect. Sed in presenti specie Prælatum res Ecclesiæ pignori subijciendo pro alienis debitis, eas dilapidat: Igitur removendus in totum est, & coadjutor illi dandus, non vero suspendendus. Secundò difficilis redditur hæc assertio, dum in ea docetur, Prælatum obligantem res Ecclesiæ pro alienis debitis, non solum suspendi ab administratione in temporalibus, verum etiam in spiritualibus; nam in eo quis debet puniri, in quo deliquit, cap. nemo, de tempor. ordin. lib. 6. Sed Prælatum in presenti tantum deliquit in administratione rerum temporalium: igitur ab ea tantum suspendendus erat, ut contingit in prodigo, qui bonis tantum interdicitur, ne patrimonium dissipet, l. is cui 6. ff. de verb. oblig. l. is cui lege 18. ff. qui testamta. Tertio summe difficilis est eadem assertio, dum in ea actus irritatur, hoc est eadem obligatio, & simul pena incurritur; nam ex actu nullo pena non committitur, nec debetur, l. ea, C. si mancipium ita fuerit; quia quod nullum est, nullum producit effectum, l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. capite illud, de iure patron. capite non potest, de reg. jur. libro 6. docent Alciatus libro 5. paradox. capite 13. Gironda de gabel. capite 5. num. 26. igitur si in presenti casu obligatio nulla est, non debet ob eam Prælatum suspendi.

Quibus difficultatibus non obstantibus vera est presentis assertio, cujus ratio ex eo provenit, quod Prælatum dominum non est rerum Ecclesiæ: ratio

sed procurator, *cap. edoceri, de rescript.* seu curator, *l. orphanotrophos, C. de Episcop. & Cleric.* igitur non potest eas obligare pro alienis debitis. Accedit, nam cui inhibetur rem alienare, prohibetur etiam eam obligare, *l. final. C. de rebus alienis*: sed Prælati prohibetur pluribus Ecclesiæ canonibus congeſtis in *cap. nulli, de rebus Ecclesiæ*, res Ecclesiæ alienare: igitur nec eas obligare possunt; si autem secus fecerint, suspenduntur ab administratione, tam in spiritualibus, quam temporalibus, magna cum ratione: nam quilibet privatur rebus illis, quibus abutitur, potius quam usum sibi concessum utitur, *l. si servus 70. §. si quis servum, ff. de acquir. heredit. cap. privilegia 13. quest. 3.* Sed Prælati obligando res Ecclesiæ pro alienis debitis, abutitur administratione sibi concessa: igitur illa privari debet. Facit exemplum mariti, qui arcetur ab administratione dotis, si eam dilapidaverit, *l. si constante, ff. solut. matrim.* & tutoris, qui remouetur ut suspectus, si bona pupilli dissipet, *l. 1. & per totum ff. de suspect. tut.* igitur & Prælati dissipando res Ecclesiæ debet suspendi ab earum administratione. Facit etiam in hujus rationis confirmationem celebris textus in *l. Imperator 5. ff. ad Trebel.* ubi propter dilapidationem compellitur pater restituere hereditatem filio, non expectatâ conditione, id est insuper habitâ, ut exponit Valentia libro 3. *illustr. tract. 2. num. 30.* quem sequitur D. Josephus de Retes libro 5. *opuscul. capite 6. num. 13.* Non tamen ex eo textu deducas cum Roderico Suarez alleg. 4. filium posse patrem prodigum cogere sibi assignare legitimam in aliqua certa re; nam ut docetur in *l. namque, ff. si quis à parente.* iniquum est ingenuis hominibus auferre rerum suarum administrationem: quem textum contra prædictam sententiam expendit Menchaca libro 1. *illustr. capite 27. numero 3.* Nec contrarium suadet Papinianus in *dict. l. Imperator*; nam in ea specie ex rescripto speciali Imperatoris plura filio permittuntur contra juris regulas. Primò ibi permittitur lis inter patrem & filium, contra textum in *l. lis nulla, ff. de iudiciis.* Secundò filio permittitur stare in iudicio, contra textum in *l. si longius 18. ff. de iudiciis, l. filius, 9. ff. de oblig. & action.* Tertio ipsi permittitur emolumentum rerum percipere, & patri non acquirere; quæ & alia ex

eo textu deduxerunt. Segura in *ejus repetit.* Faber lib. 7. *cap. 11. Pichard. ad tit. de acquir. heredit. cap. 15. num. 14.*

Nec obstant difficultates supra expensæ. Non prima, pro cuius solutione discrimen constituendum est inter eum casum, in quo constat de mala administratione; & alium casum, in quo similis dilapidatio tantum præsumitur. Primo casu Prælati retento officio remouendus est ab administratione, coadjutorque illi dandus, ex iuribus supra adductis. Secundo verò casu, cum liquidò non appareat de dilapidatione, suspendendus tantum est Prælati, non verò remouendus, *cap. final. de accusat.* quo casu procedit præsens textus; nam ex obligatione facta à Prælato rerum Ecclesiæ, præsumitur tantum dilapidatio, non verò de ea aperte constat. Nec obstat secunda difficultas; nam Prælati, de cuius pœna in præſenti agitur, peccavit in improba administratione rerum Ecclesiæ. Unde juxta supra tradita administratione privandus erat. Et quia ex prava administratione in temporalibus arguitur injusta administratio in spiritualibus; omni administratione suspenditur, *capite final. de excess. Prælat.* Non autem privatur exercitio sacrorum ordinum, aut officii ecclesiasticis, in quibus non peccavit. Nec obstat ultima difficultas, nam pro ejus solutione ita distinguendum est. Aut enim lex respicit tantum effectum, aut factum, seu animum facientis. Primo casu actus invalidus nihil operatur, nec pœna ex eo committitur, *l. 1. ff. de abigeis*; secundo verò casu non curatur de effectu, sed de facto ipso; & ideo plerumque qui facit actum invalidum, ob factum tantum punitur, ut in *l. eum qui duas 18. C. ad leg. Jul. de adult. capite nuper, de bigamis, Clement. 1. de consanguin. & affin. capite si religiosus, de election. in 6. l. si quis legatum 6. ff. ad leg. Cornel. de fals. l. 1. C. de sepulchrorum violat.* Unde cum Gregorius in præſenti, ut hujusmodi obligationes prorsus tolleret, non solum earum effectum improbasset, verum & factum ipsum obligandi; ideo Prælati secus faciens suspensionem incurrit.

Ex hoc textu, & traditis pro ejus expositione, interpretari possunt textus in *capite ex rescripto 9. de iurejurando, capite 3. de pignor. junctis traditis in eorum commentariis, & notis.*

CAPUT III.

Idem Decano & Canonico (a) Tullensi.

Odoardus clericus proposuit, quod cum P. clericus, D. laicus, & quidam alii ipsum coram (b) officiali Archidiaconi Rhem. super quibusdam debitis convenissent, idem in eum recognoscentem hujusmodi debita, sed propter rerum inopiam solvere non valentem, (c) excommunicationis sententiam promulgavit. *Et infra*: Mandamus quatenus si constiterit, quod prædictus O. in totum, vel pro parte non possit solvere debita prædicta, sententiam ipsam sine difficultate qualibet (d) relaxetis, receptâ prius ab eo idoneâ (e) cautione, ut si ad (f) pinguiorem fortunam devenierit, debita prædicta persolvat.

NOTÆ.

(a) *Tullens.*] De Tullensi diocesi nonnulla notavi in cap. cum accessissent de constitut.

(b) *Officiali Archidiaconi.*] De quo & ejus jurisdictione egi in capite dilecti §1. de appellacionibus.

(c) *Excommunicationis.*] Quando Archidiaconi, vel eorum Officiales possint sententiam excommunicationis proferre, expofui in c. ad hac §. de officio Archid.

(d) *Relaxetis.*] Cum relaxatio vinculum præsupponat, ex regula legis decem, ff. de v. s. cap. dissolvendum, de despons. impub. constat ex hoc verbo sententiam excommunicationis validè & legitime prolatam fuisse in præfenti specie, cum certum sit excommunicationem sine mortali culpa ferri non posse, cap. nemo, cap. nullus 11. quest. 3. à qua omnino immunis est, qui propter facultatum inopiam solvere non valet, cap. querelam 10 de jurejur. unde inanis dicitur actio, quam inopia debitoris excludit, l. nam is 6. ff. de dolo, cap. olim 16. de restit. spol. Quare sententiam excommunicationis in præfenti prolata nullam fuisse tenuerunt Felinus in cap. 2. num. 4. de restit. cog. Henriquez in summa, 2. p. lib. 13. cap. 21. § 2. Alii docuerunt, relaxationem in præfenti significare declarationem nullitatis censuræ, quæ desiderabatur; quia licet non jure, de facto tamen excommunicatio præcessit. Docuit Suarez de censur. disputat. 18. session. 3. num. 9. quia plerumque rumpi, & irritari dicitur, quod ipso jure nullum est, quatenus de facto præcessit, ut in l. si dolo, C. de rescind. vendit. l. §. si Titius, ff. qui & à quibus, l. hoc modo 64. ff. de condit. & demonstr. l. si quis 15. de his que in fraud. cred. ubi Cujacius lib. 49. Digest. Jul. & ad Titul. C. si quid in fraud. patron. per textum ibi in l. si libertus 16. §. final. de jurepatron. & etiam actio, quæ nulla est, perimi dicitur in l. si sine 22. ff. rem ratam haberi, & tolli quæ non habuit locum, l. si servus 27. §. si calicem, ff. ad leg. Aquil. l. dispensatorem 62. ff. de solut. exempla refert Alberic. in dict. l. nam et si 5. de injusto rapto. Sed his sententiis omissis verius dicendum est in præfenti casu excommunicationis sententiam validè prolatam fuisse; quia adhuc de inopia debitoris non constabat, ut liquet ex illis verbis, si constiterit, &c. quæ satis innuunt de inopia adhuc non constasse. Tum etiam, quia inopia non præsumitur, sed qui eam allegat, probare tenetur, l. cura, §. deficientium, ff. de muner. Covar. lib. 2. var. cap. 6. numero 2. Baëza de non meliorandis filiabus, cap. 36. num. 16. Gutierrez de juram. p. 1. cap. 1. num. 22. ac proinde dum de inopia debitoris legitime non constat, solvendo præsumitur, & per consequens jure excommunicatur, etsi postea appareat de inopia, ut in præfenti necessaria est absolutio.

(e) *Idonea cautione.*] Cum appellatione idoneæ cautionis comprehendantur pignoratitia, & fidejussoria, l. si creditores, ff. de privil. credit. l. universa, C. de precibus Imper. l. de mandato 59. §. final. ff. mandati, probavi in cap. final. de pignor. inde in præfenti specie sufficiens non erat nuda promissio, sed necessariò præstanda erat fidejussoria, vel pignoratitia cautio, aut saltem juratoria, ut possit Odoardus ab excommunicatione absol-

vi, ut notarunt Glossa penult. hic. Covar. in cap. alma, 1. p. §. 1. num. 11. Navarrus in Manuali, cap. 26. num. 7. Ratio est, quia excommunicatus propter causam manifestam, non debet absolvi nisi præstita reali satisfactione, cap. ex parte, 30. de v. s. cap. venerabilibus, §. porro, de sentent. excom. lib. 6. unde cum in præfenti casu debitum ex partis confessione esset manifestum, ut constat ex illis verbis: *Recognoscetem hujusmodi debita*, juncto capite cum olim, ibi: *Confessione, de v. s.* meritò ille qui realiter satisfacere nequit, tenetur eam cautionem præstare, ut absolvatur; & tunc facienti quod est in se, Ecclesia absolutiois beneficium denegare non poterat, cum excommunicatio medicinalis sit, & proferatur duratura quousque reus in contumacia manserit. Nec audiendi sunt Hostiensis, & alii, quos refert & sequitur Covar. lib. 2. var. cap. 1. numero 5. in fine, qui affirmant ex hoc textu, eos, qui habent privilegium ne conveniantur ultra quam facere possunt, cogendos esse præstare cautionem pignoratitiam, seu fidejussoriam, vel saltem juratoriam, ad solvendum cum ad pinguorem fortunam pervenerint; loquuntur enim contra textum disertum in l. verum 63. §. id quod, ff. pro socio, ubi Consultus expressè ait, sufficere nudam permissionem, ut jam ex eo textu post Gregorium Lopez notavit Gutierrez de juramento, p. 3. cap. 15. num. 9. verius enim est, idoneam cautionem in præfenti desiderari, quia agebatur de relaxanda excommunicatione, aliàs nuda promissio sufficeret. Vide dicta in cap. per vestras, de donation. inter.

(f) *Pinguorem fortunam.*] Illi enim, qui privilegio gaudent ne conveniantur ultra quam facere possunt, si post factam excusationem ad pinguorem fortunam pervenerint, in solidum possunt conveniri, l. unicus, §. cum autem, C. de rei uxer. actio. Ratio est, quia hoc privilegium non extinguit debitum, vel obligationem, sed tantum exactionem moderatur. Quæ etiam ratione, cum ille qui bonis cessit, à debito non liberetur, l. i. C. qui bonis cedere: meritò receptum est, eum teneri ad integram solutionem, si ad pinguorem pervenerit fortunam, l. 4. ff. de cess. bonor. docuerunt Gomez in l. 79. Tauri, nam 6. Covar. libro 2. variat. capite 1. numero 6. Baëza de inop. debit. capite 6. numero 23. Petrus Barbosa in l. maritum 13. num. 14. ff. solut. matrim.

COMMENTARIUM.

EX hac Gregorii IX. decretali talis communiter deducitur assertio: *Clericus, qui non habet unde creditores satisfaciat, non debet ideo excommunicari, aut aliter molestari.* Quæ decisio singularis est in jure canonico, & per argumentum probati potest ex cap. olim 16. de restit. spol. cap. 2. de fidejuss. ubi clericus, qui inopia laborabat, propter debitum non excommunicatur. De jure Regio consonat illi lex 23. tit. 5. part. 1. Illustrant ultra congestos in præfenti à Garanna & Barbosa, idem Barbosa lib. 1. juris eccles. c. 39. § 6. per totum. Mancinus juris contror. dissert. 2. 2. & genial. cap. 182. & de triplic. juris collat. cap. 98. Salgado p. 1. labyrinthi. cap. 42. v. 2. & de protecl. p. 4. c. 4. ex num. 59. Germonius de sacror. immun. lib. 3. cap. 25. Giurba decis. 16. § 42. num. 210. Castillo de aliment. capite 37. Gutierrez de juram. 1. p. capite 17. Petrus Barbosa in l. alia, §. eleganter, ff. solut. matrim. Pichardus in manu dicit. ad praxin,

praxin, 2. p. praecept. 9. ex num. 67. Jacobus Cujacius in presenti.

Impugnatur praedicta assertio.

in.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Rejicitur intellectus glossae.

6.

Sed haec assertio difficilis valde redditur sequenti juris consideratione; nam abrogato legis decemviralis rigore, de quo statim agemus, in usu permanit venditio solennis omnium bonorum debitoris, ut ex eorum pretio creditoribus in solidum debitum solveretur, princip. Instit. ubi Theophilus, de successoribus sublati, l. 2. C. qui bonis cedere possunt: & si adhuc bona non sufficiant, debitor publicus in carcere detinetur, donec solidum solvat, l. 1. §. penult. vers. Ultimo, C. qui bonis cedere, l. si pro aliquo 21. §. 1. ff. ad Vellejanum, l. ut §. ultimo, §. qua in fraud. credit. l. 3. §. qui pecuniam, ff. de suspect. tut. juncto Hothomano 99. illustr. q. 26. quam carceris molestiam effugiunt debitores per bonorum cessionem lege Julia introductam, l. 1. l. 4. C. qui bonis cedere; quae cessio jure communi inspecto solâ professione fiebat, l. in omni 6. C. qui bonis cedere, abrogatis per Theodosium veteribus ritibus, l. 2. C. qui bonis cedere, ubi verba illa, scrupulositate priorum legum explosa, quae non extant in Theodosiano, Triboniano tribuit Revardus in l. cuius 148. ff. de reg. jur. Nec solum in jure, sed etiam extra jus, per nuncium, vel per epistolam, l. ut ff. de cess. bonor. Illustrant post Brunum, & alios scribentes de cess. bonor. Gibalini rom. 2. de negot. lib. 5. cap. 4. art. 2. Heraldus de auctor. rei judic. lib. 2. cap. 24. §. 25. ad quod cessionis beneficium spectant textus in l. tutor 3. §. sed si non 15. ff. de suspect. tut. l. nam 9. §. sed §. si quis §. ff. de iur. iur. l. Imperator 60. ff. de pactis, l. si parre, ff. de captivis, l. si victum 34. ff. de re jud. l. si ex pluribus 16. ff. de acceptil. l. 2. ff. de sententiam passis, l. illud, ff. de tributaria, l. final. §. 4. ff. de custodia reorum, l. item 17. ff. de receptis, l. ob servus, ff. de adm. iur. l. illicitas, §. final. ff. de offic. Praesidis, l. fidei iussores 68. §. 1. ff. de fidei iuss. l. finali, de sepulchro violato, §. ult. Instit. de replicat. l. 9. §. 5. ff. de iur. iur. l. 60. de pactis, l. 34. de re judic. l. final. §. 4. C. de custod. reor. l. 12. de arbitr. l. 64. de iur. iur. l. 2. §. ult. ff. de sententiam passis, juncto Costa in §. & quid si tantum, 2. p. num. 40. Ajunt plures congesti ab Olvaldo lib. 27. cap. 9. list. P. Gentilis de bonis maternis, cap. 31. licet hodie apud nos calamitosum sit hoc remedium, cum fiat formâ ignominiosâ, quam referunt Baëza de inope debitore, cap. 1. num. 74. Matienzo in l. 6. gloss. 2. tit. 20. lib. 5. recopil. & apud alias nationes pileum viride gestare coguntur, ut refert Heraldus dicto cap. 25. & constitutione Pii V. clericis indultum fuisse, ut illud deferre non cogantur, refert Barbosa hic. Apud Francos ex constitutione Ludovici XII. cap. 70. qui bonis cedunt, in judicio aperto capite, & discincti adsunt: cujus ritus rationem reddit Fornerius lib. 2. select. cap. 27. Igitur Odoardus in presentî specie cogendus erat cedere omnia bona, ut ex illis creditoribus debitum solveretur, ut in cap. 2. de fidei iuss. non autem sub cautione juratoria tantum dimittendus. Augetur hæc difficultas ex eo; nam Ecclesia admittitur ad bonorum cessionem, auctoritate, ut determinatus sit numerus cleric. collat. l. 1. §. cum verò: Igitur & ejus ministri cogendi sunt ad hujusmodi cessionem.

Ut hanc difficultatem effugiat Glossa ultima in presentî, existimat quod Odoardus in hac specie prius bonis cessit, vel paratus erat cedere; ideoque excommunicationem relaxatam fuisse,

aliâs ipsum in carcerem esse detrudendum ut quidem bonis cederet; nec in hac parte clericos ullo privilegio speciali gaudere. Glossam sequuntur Hostiensis, Joannes Andreas, & Antonius hic, Angelus, Castrensis, & Alexander in l. miles, ff. de re judic. Sed hæc solutio apertè rejicitur. Tum quia nullum verbum cessionis invenitur in hoc textu, immò contrarium facillè suadet; nam si cessio bonorum præcessisset, ad quid excommunicatio proferebatur? Et si Gregorius intenderet clericum bona cedere debere, ut expressè jussit cautionem ab eo præstari, etiam decrevisset ante relaxationem excommunicationis, ipsum Odoardum bonis cedere prius debere. Omisâ igitur hac interpretatione, ut privilegium seu beneficium in presentî clericis concessum agnoscamus, ab origine res repetenda est. Sciendum igitur est lege XII. Tabul. quam refert Cujacius lib. 30. observ. cap. 39. & restituit Jacob. Gothofredus in quatuor fontibus, tabul. 3. ex quo eam transcripsi in cap. quoad consultationem, de re judic. cap. 2. de pignor. debitore intra legitimum judicati tempus non solvente, licet creditori manus in eum injicere, & secum ducere vincum nervo, aut compedibus quindecim pondus, non plus, ne essent impedimento ambulandi, & interessendi sacris, ut notavit Revardus ad leg. XII. Tabul. cap. 8. cui nolenti de suo vivere, tenebatur creditor dare victum, & stratum, l. si victum 34. ff. de re judic. l. 234. §. 2. ff. de verb. signif. Terentius in Phormione, act. 2. scena 2.

Dicos ducent damnatum domum;

Alere nolunt hominem edacem.

Ubi subjicit Donatus, secundum jus, scilicet quod obarati cum solvendo non essent, ipsi manu capiebantur. Irridet illic genus damnationis paralis, in quo victor pascere compellitur, & pascitur victus. Et licet omnia verba illius legis decemviralis difficilia sint, illa tamen, libras farris in dies dato, viros doctos jam pridem exercuerunt. Fornerius lib. 1. select. cap. 6. & in l. 43 de verb. signif. legit libra s. farris in dies dato; id est selibram; nam sicut hodie in Medicorum receptis pro semisse ponitur s. similiter & in antiquorum notis adiciebatur; & ita juxta Fornerium tenebatur creditor quotidie debitori dare semilibram farris. Sed ut rectius probat Gothofredus in notis ad dictam tabul. 3. hic diarii modus legitimus non erat, immò legitimo angustior, & iniquior fuit, ut ipse probat ex Bibaculo, & Titinio, & D. Hieronymo in Daniele cap. 4. ibi: Decem panis uncia diurna, & aqua tertia sextarii pars his anima magis trahitur quam sustentatur; qui cibus, ac potus juxta inclitum Oratorem Demosthenem non vires tribuit, sed mortem prohibet. Libræ itaque farris in dies in ea lege sunt singule libræ in singulos dies, qui erat legitimus diarii modus, ut constat ex Horatio lib. 1. satyr. 5. ibi:

Denique cur unquam fugisset cui satis una

Farris libra foret.

Post 60. autem dies, intra quos publicè producebatur, debitumque publicabatur, ut populo constaret victo nullam injuriam à creditore vel giudice fieri, l. 2. C. de custodia reorum, quam ad hoc expendit Covar. lib. 2. variar. cap. 1. num. 1. intra quod tempus si non solvisset, aut pactum cum creditore fecisset, licebat creditori peregrè trans Tyberim vendere, aut capite punire; & si

plures creditores essent, in partes debitoris corpus fecare licebat? ita lex decemvialis: *Debitoris corpus in partes fecant*; post A. Gellium *lib. 20. noctium cap. 1.* Tertullianus in *apolog. cap. 4.* Sed et iudicatos in partes secari à creditoribus leges erant; consensu tamen publico crudelitas postea erasa est, et in pudoris notam capitis poena conversa est, bonorum adhibita proscriptione: *suffundere maluit hominis sanguinem quam effundere.* Quintilianus *lib. 3. cap. 6.* Sunt enim quadam non laudabilia natura, sed iure concessa, ut in XII. Tabulis debitoris corpus inter creditores dividi licuit, quam legem mos publicus repudiavit. De quo veteri iure, seu potius injuria, nisi ad terrorem magis quam usum esset scriptum, ultra plures congestos ab Ofvaldo *lib. 18. cap. 7. littera N. & lib. 27. comment. cap. 3. duplici littera H.* Pichardo in §. *cum eo 40. Instit. de act. Roberto 1. rer. judic. cap. 6.* videndi sunt Hohomanus *lib. 18. antiquit. ad finem.* Balduinus ad *leg. Rom. lib. 2. cap. 4.* Rosinus *lib. 8. antiquit. cap. 19.* Contius *lib. 2. success. cap. 18.* H. Magius *lib. var. lect. cap. 8.* Andreas Scotus *lib. 2. humanar. observ. cap. 34. & lib. 3. cap. 24.* Aeneas Robertus *lib. 2. rer. judic. cap. 6.* Petrus Gregorius *lib. 22. syntagm. cap. 6. num. 5.* Sed abrogato novis legibus, non tantum inhumano sectionis iure, verum & additionis, & nexus, *l. ob as alienum, C. de obl. & act. probavit in cap. 2. de pignor.* manserunt tantum in usu venditio solennis, de qua in titulo *Instit. de successionebus sublati*, & conjectio debitoris in carcerem, juxta textus supra pro dubitandi ratione adductos. Postea enim debitores creditoribus in servitium dabatur, in ergastulumque trudebantur, ubi assidue verberibus flagellabantur, ut constat ex pluribus locis Livii, præcipue *lib. 1. decad. 1. & lib. 6.* nec ipsos solum debitores, quinimò & eorum filios creditoribus dari testatur Dion. Halicarn. *lib. 6.* tortoribusque cruciandos dari licuit apud Hebræos; idque probatur ex D. Mattheo *cap. 18.* in illa parabola ubi dominus iratus tradidit cruciandum tortoribus debitorem, quousque redderet universum debitum. Plura Gothofredus in *d. l. ob as*, Aeneas Robertus *lib. 2. rer. judic. cap. 6.* Et licet postea mitiores Romani facti sint, adhuc in miseris debitores sæviebant, ita ut variis flagellationibus, præcipue plumbaturis, eos caderent, ut constat ex *l. 3. & 7. C. Theodos. de exact. l. 80. eod. C. de usuris*: notarunt Baronius *tom. 1. anno 33. num. 34.* Amaya in *l. 1. C. de exactoribus tribut. lib. 10.* donec Imperator Constantinus dignissimam piissimi, ac christianissimi nominis sui edidit constitutionem anno Christi 320. sui verò imperii 15. relatam in *d. l. 3.* miseris hominum paupertatibus, quibus absque sui culpa frequenter opprimuntur. De cujus constitutionis sententia agunt repetentes *ibi.*

7.
De privi-
legio ne
quis con-
veniat,
&c.

Unde cognoscitur, privilegium ne quis conveniatur ultra quam facere potest, in eo consistere, ut persona, quibus tribuitur, non in solidum pro executione iudicati bonorum venditionem sustineant, sed dumtaxat quatenus facere possunt, id est quatenus facultates patiuntur, relicti alimentis, *l. inter 19. ff. de re judic. l. in condemnatione 173. ff. de reg. jur. §. item, de donat. Instit. de act.* nec in carcerem detrahantur, etiam si solido solvendo bona satis non sint, ut docuerunt Barbosa in *l. maritis 3. num. 2. ff. solut. matrim. Gutierrez de juram. 1. p. cap. 2. num. 48.* im-

mò illis relinquenda sunt, quæ honestè sufficiant ad alimenta, *l. inter 19. in fine, l. cum ex causa 30. l. Nesevinius 41. §. 1. ff. de re judic. l. facere 28. l. si maritus 43. ff. solut. matrim. l. repositus 125. ff. de verb. signif. d. l. in condemnatione 173.* non autem deducto ære alieno, *l. sunt qui 16. ff. de re judic. l. si filio 53. cum sequent. ff. solut. matrim. l. verum 63. ff. pro socio.* Excipitur tamen donator, qui deducere potest æs alienum, quod aliis non ex eadem donationis causa debet, *d. l. inter 19. l. qui ex donatione 12. ff. de donat. l. maritus 54. ff. solut. matrim.* Inspicitur autem rei iudicatae tempus, quatenus quis facere possit, *l. rei iudicatae 17. l. ex diverso 17. §. ult. l. si filio 53. ff. solut. matrim. d. l. verum 63. §. tempus, d. l. Nesevinius 41. §. ult. l. qui id quod 33. ff. de donat.*

Deinde sciendum est, personas quibus hoc privilegium competit, ad sex classes, seu ordines ab Interpretibus referri. Prima est eorum, inter quos summa sanguinis conjunctio adest, quales sunt parentes, liberi, fratres. De prioribus sumtextus in *l. sunt qui 16. l. cum ex causa 30. ff. de re judic. l. qui 16. l. etiam 18. ff. solut. matrim. l. licet 7. §. sed si quis, ff. de obsequiis, l. i. tit. 1. partit. 5.* Circa fratres autem argumentum deducitur ex *l. verum 63. ff. pro socio, l. patronus 17. ff. de re judic.* Illustrat Acacius de privileg. parent. In his omnibus personis illa est communis ratio, quia cum ob summam sanguinis necessitudinem invicem sibi alimenta debeant, & non tantum liberi parentibus, & è contra, *si quis à liberis 5. ff. de agnoscend. liber. l. ult. §. ipsum autem, C. de bonis qualib. sed etiam fratres fratribus, l. qui filium 4. ff. ubi pupillus, l. tutor 13. §. ult. ff. de administr. tut. l. 1. §. sed et si 2. ff. de tutela, & variationibus*; absurdum esset si liceret exigendo solidum, ab eis alimenta auferre, quibus prestanti debent, ut probant Cujacius *lib. 32. Pauli ad edict. in l. si unus 67. §. ult. ff. pro socio.* Donellus *lib. 27. comment. cap. 9.* ubi Heligerus *littera E.* alii congesti ab Heringio *de fideiuss. q. 27. part. 4. num. 90.* Accedit in parentibus ratio reverentiae eis à filiis debitæ, cui repugnat redigi patres ad egestatem vel carcerem, per exactionem solidi, *l. licet 7. l. libero 9. ff. de obsequiis parentibus*; & circa hoc privilegium, sicut in aliis casibus parentum nomine omnes ascendentes in infinitum comprehenduntur, *l. 4. §. parentem, cum sequent. ff. de in jus vocando, l. 1. §. generaliter, ff. de legat. prestand. l. appellatione 51. ff. de verb. sign. similiter liberorum appellatione omnes descendentes continentur, l. sed si hac 10. §. liberis 9. ff. de in jus vocando, l. 3. §. si mancipium, ff. de assignand. libert. l. moris 9. §. liberis, ff. de panis, l. liberorum 220. ff. de verb. sign. licet ascendentes ultra tritavum communi nomine majores dicantur, sicut & descendentes ultra trinepotem, liberi appellentur, *l. ult. §. parentes, ff. de gradibus*: exponunt contra Laurentium Val. *lib. 6. elegant. cap. 50.* Hiligerus *d. lib. 23.* Donelli, *cap. 2. littera L.* Duarenus in *l. patronus 17.* Alexand. ab Alexandro *lib. 1. dier. genial. cap. 15.* Pereyra in *l. si curatorem, verbo sine curatore, num. 48. C. de in integrum restit. Gentilis, Fornerius & Gedeus in d. l. appellatione 51. l. liberorum 220.* Pichardus in *l. Gallus, in preludis. cap. 1. num. 18.**

Sed supra traditis opponi solet textus in *l. etiam 18. ff. solut. matrim.* ubi Pomponius in actione de dote, quam mater contra filios exercet, admitti eos ad hoc privilegium docet, si patri, eidemque

eademque marito haeredes exiterint. Unde supponit, in aliis actionibus, ex quibus non tanquam patris haeredes à matre conveniuntur, non posse ex sua persona privilegium hoc opponere: quo argumento ductus Baëza de inope debitore, cap. 17. num. 48. ex mente Accursianorum probat, liberis hoc privilegium non competere. Sed eà omisâ sententiâ dicendum est, in specie illius textus propriam, peculiaremque rationem circa dotis actionem, quâ filii ex persona patris, ut haeredes conveniebantur, adfuisse; siquidem constat, privilegium hoc marito concessum, cum persona extingui, ideoque nec haeredi eius praestari, l. maritum 12. cum l. sequent. ff. solut. marim. l. est fideiussor 24. §. ult. cum l. sequenti, ff. de re judic. Sed contrarium merito respondit Pomponius, quia privilegium hoc in ea specie, non tanquam à patre transmissum, contra legem qui tale 13. ff. solut. marim. sed tanquam novum privilegium ex persona eorum proveniens, illis competebar, ut docuerunt post alios Barbosa in l. mariti 13. num. 81. ff. solut. marim. Suarez de legibus lib. 8. cap. 11. num. 4. Etiam opponi solet textus in l. 1. §. si cum duobus 13. ff. de collat. bonor. ubi inter fratres circa collationem denegatur sextantis emolumentum fratri, qui per inopiam cavere non potest in solidum, & consequenter innuitur, etiam inter fratres, sicut cautioni in solidum, ita & exactioni locum esse, cum valeat argumentum à cautione ad exactionem, l. si constante 24. §. quotiens, ff. solut. marim. Quare hoc privilegium fratribus negarunt Accursius; Bartolus, & classici ferè omnes in d. l. verum 63. Baëza de inope debitore. cap. 10. num. 83. Heringius de fideiussor. d. cap. 27. ex numero 89. Sed adhuc veris est, fratribus competere hoc privilegium, quia licet fateamur, quod Accursius supponit in d. l. verum 63. non esse inter fratres societatem voluntariam ex conventionne, sed necessariam & incidentem, discordiis aptam, l. cum pater 77. §. dulcissimis, ff. de legat. 2. l. inrecommum 26. ff. de servit. urban. non debet tamen major vis esse imaginariæ fraternitatis inter socios, quam veræ, & naturalis inter fratres, ne alter alterum ad egestatem redigar, l. nonnunquam ff. de collat. bonor. l. nemo 58. §. 1. ff. de hered. instit. Nam ut eleganter Quintilianus declarat. 321. aiebat: *Quæ potest amicitia esse tam felix, quæ imitari fraternitatem? Certe quotiens blandiri volumus eis, qui esse amici videntur, nulla adulatio præcedere ultra hoc nomen potest, quam ut fratres vocemus.* Et deinceps: *Quid est aliud fraternitas, quam divisus spiritus? Plura Tiraquel. de penis temperand. casu 22. num. 6. & in l. si unquam, verbo libertis, num. 92. C. de revocand. donat. Langles lib. 3. semeltr. cap. 2.* Unde ob eam rationem licet expressum juris testimonium non habeamus, extensioni hujus privilegii ad fratres locus est, l. non tantum 20. in fine, ff. de re judic. l. 2. §. item, ff. de aqua pluviæ. Nec obstat textus in dicto §. si duobus 13. quia in eo cum ex forma edicti Prætoris de collationibus emancipatus præteritus non aliter ad bonorum possessionem contra tabulas admittatur, quam si fratribus, qui in potestate permanferunt, conferat sua bona, vel caveat de collatione, l. 1. in princip. & §. jubet 9. & §. quamvis 11. l. 3. ff. de collat. bonor. rectè docetur, quod si cum duobus fratribus conferre deberet, uni dumtaxat cavere propter inopiam potuerit, esse ei denegandas interim

actiones sextantis, id est dimidii trientis, quem integrum cum effectu haberet, sicut & alii duo fratres, si uterque contulisset, vel cavisset; quo casu non damnatur frater in solidum, qui solvendo non est; sed lucrum hereditatis paternæ, quod emancipatus non haberet jure civili, nec prætorio, ei defertur, nisi sub forma collationis denegetur ei, pro qua parte non confert, l. 2. §. ult. ff. de collat. bonor. Nam si propter inopiam, quamvis utrique non caveret, consequeretur trientem integrum, cederet hoc beneficium in injuriam fratris illius, cui non confertur, & auferretur; cum è converso sufficere emancipato debeat, quod propter inopiam conferre id ipsum videtur, quod minus percipit ex bonis patris; quia utrique non caveret, argumento ex d. l. 1. §. sed est 12. l. dotis 5. C. eod. tit. & sic sextantem saltem consequitur, quem non consequeretur si stricto jure contra eum uteremur, sicut contra contumacem; quia qui in solidum non caveret, nec pro parte cavere intelligitur, d. §. si cum duobus, juncta l. servus 9.

Ad secundam personarum classem, quibus hoc privilegium competit, spectant focii ob imaginem fraternitatis; sicut enim fratres in communiore bonorum sunt, & ideo dicuntur confortes, l. si quis tres 31. §. ceterum, de excusat. tut. l. cum duobus 52. §. Papinianus, ff. pro socio, l. ex parte 39. §. filius, ff. familia ercisc. Illustrant Cujacius lib. 6. qq. Pauli in d. l. si quis tres 31. §. ceterum, & lib. 5. observ. cap. 10. Ludovicus Carrio lib. 2. emend. cap. 10. Joannes Savarus ad Sidonium lib. 2. epist. 1. pag. 176. & lib. 4. epist. 24. ad finem, Brissonius de verb. sign. verbo Consortes: ita & focii propriè confortes dicuntur. Et fratres à veteribus esse appellatos, constat ex solenni formula renunciandæ societatis; quæ extat apud Petronium in Satyrice, cap. 10. & 11. Apulejum lib. 10. l. miles, junctis l. nemo 53. §. 1. ff. de heredib. instit. l. 4. C. de castrens. peculio lib. 12. Competit ergo privilegium hoc in primis socio omnium bonorum, cum quo divisa est solida fraternitas, ut ait Quintilianus declarat. 321. l. sunt qui 16. ff. de re judic. Obtinuit etiam, ut socio unius rei. si ex ea societate conveniatur, competat hoc privilegium, ut ex Sabino Ulpianus docet, l. verum 63. ff. pro socio. Bronchorst. enantioph. centur. 2. asfert. 51. quia limitata causæ effectus limitatus quidem est; sed similis, intra suum modum, universalis, l. in agris 16. ff. de acquir. domin. Ergo non secum pugnat Ulpianus in d. l. sunt qui, & in d. l. verum 63. sed alter alterum supplet, ut post Accursium, & classicos utrobique observant Faber in rationali dicta legis verum 63. Gutierrez de juram. 3. p. cap. 15. num. 1. Ofvaldus lib. 27. Donel cap. 13. littera K. Wisembachius in thesibus, ad vit. instit. pro socio. Pichardus in manu duct. 2. p. precept. 9. ex num. 22. Nec tunc obstat textus in l. de illo 23. ff. pro socio; ubi cum unus ex pluribus sociis Titium ad societatem solus admisset, & admittus solvendo non esset, docet Ulpianus, omnimodè eum, qui admittit, sociis teneri, non tantum ut actiones suas mandet contra admittum, sed etiam ut indemnes eos præstet in id, quod à socio admittit solvi non potuerit. In quo textu concedit Ulpianus privilegium hoc socio admittit contra eos, qui non admiserunt, quorum socius non est, l. qui admittitur 19. cum sequenti, ff. pro socio, l. consilii 47. §. ult. ff. de reg. jur. & illud negat socio, qui admittit contra socios;

10.
De socio.
da perso-
narum
classe.

cios; quod utrumque absurdum est. Sed responderi debet, idcirco socios, qui non admiserunt Titium, ab eo solidum non exigere, sed tantum quatenus facere potest, quia cum socii non sint ipsius Titii, & per consequens nec in eum actionem propriam, seu directam habeant suo nomine, *d. l. qui admittitur*, necesse est, ut experiantur mandatis actionibus à socio, qui admisit; proinde obtabit eis tanquam cessionariis exceptio hujus privilegii, quia & obtaret mandanti, cujus jure, & actionibus ipsi utuntur, *ex l. emptor 5. C. de heredit. vel act. vendita, l. si post divorcium 27. ff. solut. matrim. l. qui in jus 177. ff. de reg. jur.* quamvis contrarium procederet, si ex delegatione socii, qui admisit, alii experirentur contra Titium, quia uterentur tunc propria actione, qua sita ex promissione, & consensu debitoris delegati, *l. 1. l. nec creditoris 6. C. de novat.* ideoque nec obtaret exceptio hujus privilegii, *l. qui id quod 33. §. final. ff. de donat. l. si Titius, ff. de novat. l. Neseimus 41. ff. de re judic.* Econtrario autem socius, qui admisit in eo textu, non fruitur hoc privilegio contra socios, sed in solidum illi tenetur in id quod ab admisso servare non potuerint, quia culpa ipsius fuit, & quidem dolo proxima in admittendo socio non idoneo sine aliorum consensu: unde & teneri debet, quasi dolo fecerit in ipsa societate, quominus solidum debitum consequi socii possint; quo casu cessat hoc privilegium, *d. l. verum 63. §. hoc quoque 7. l. sed hoc 22. §. 1. l. si quis 51. cum l. sequenti. ff. de re jud. l. etiam 18. §. 1. ff. solut. matrim.* docuerunt Accursius, Fulgosius, Albericus, & Faber in *dicta l. de illo 23.* Barbosa in *l. maritum 12. num. 103. ff. solut. matrim.* Illud summe notandum est, privilegium hoc denegari socio inficanti se socium esse, *l. si unus 67. §. ult. ff. pro socio. d. l. sed hoc, §. ultimo. ff. de re judic.* propter turpitudinem, & odium mendacii, *l. de aetate 11. §. 3. ff. de interrogat. l. ult. ff. de rei vind. l. computationi 68. aliàs l. hereditarium, §. ultim. ff. ad leg. Falcid.* junctis congestis ab Heringio de *fidejuss. p. 1. cap. 27. num. 210.* & quia indignus est privilegio, qui idipsum inficiatur, cujus contemplatione privilegium ei conceditur, *l. auxiliium 37. ff. de minor. l. 4. §. 1. ff. quodcum eo, l. qui cum se 10. ff. de re judic. l. si dubitet 10. §. 1. ff. de fidejuss.* Unde hoc etiam in aliis personis, quibus hoc privilegium competit, negantibus qualitatem, ob quam privilegium competit, procedere docuerunt Barbosa in *dicta l. maritum 12. num. 105.* Gutierrez de *juram. t. p. cap. 16. num. 72.* Cevallos *communium quæst. 12.* quamvis contraria sententia in disputando improbabilis non sit, eamque sequantur Duarenus, & Donellus in *dicta l. sunt qui 16.* Fachineus *lib. 13. controuv. cap. 69.* Sed si socius qui negavit se socium esse, mendacium revocet ante litem contestationem, privilegium hoc non admittit, *ex l. quamvis 11. ff. de in jus vocando, l. electio 26. §. ne quis, ff. de noxal. neque etiam ob generalem, aut simplicem inficationem intentionis actoris admittitur hoc privilegium, argumento textus in l. obligatione 6. ff. de pignor. cap. ultimo, de officio vicarii, lib. 6.*

II.
De marito uxore & focero.

Ad tertiam classem personarum, quæ tantum condemnantur in id, quod facere possunt, spectant primò maritus, qui in restitutione dotis tantum condemnatur in id, quod facere potest, *l. patronus 17. l. non tantum 20. cum sequenti, ff. de*

re judic. l. maritum 12. cum sequenti. ff. soluto matrimonio. l. sic 27. §. 1. ff. de relig. & sumpt. §. item si de dote 37. Instit. de action. quod vetus Jurisprudentia tantum admittebat in actione rei uxoriae, sive de dote, *l. unica, §. cum autem, C. de rei uxor.* quia cum bonæ fidei esset, & in id concepta, quod æquius melius, *dicta l. unica, §. sed etsi 2. l. cas 8. ff. de capit. minuit. inerat ei quodammodo, sicut & aliæ retentiones ex bono, & æquo, exceptio hujus privilegii, quæ præcipue nititur æquitate ob societatem conjugalem, & reverentiam marito debitam, dicta l. unica, §. cum autem 7. l. alia 14. §. ult. l. ex diverso 17. §. 1. ff. soluto matrim.* junctâ regulâ *§. in bona fidei 30. Instit. de action.* Diversum autem procedebat in actione ex stipulatu pro dote, quia stricti juris erat ante Justinianum, solidumque exigebat; non obnoxia exceptionibus, seu retentionibus prætextu æquitatis, *dicta l. unic. §. sed etsi non ignoramus.* Ob eandem etiam vitæ societatem privilegium hoc competit uxori, si à marito conveniatur ex promissione dotis, *l. ex diverso 17. §. 1. ff. solut. matrim.* sive ex alio contractu, *l. non tantum 20. de re jud.* quia quamvis maritus uxori non eandem reverentiam & obsequium debeat, sicut uxor marito, cui ut capiti subdita est, *cap. hac imago, cap. mulierem 17. 33. q. 5. cap. duo, de despons. impub.* debet tamen maritus honorem matrimonio, *l. 2. de actione rerum amor. l. 1. §. si vir, ff. ad Syllanianum, l. adversus 4. C. de crimin. expil.* unde ob eandem rationem privilegium hoc concedi uxori consideravit Modestinus in *dicta l. non tantum 20.* cujus postremam clausulam ita post alios exposuerunt Barbosa in *dicta l. maritum 12. num. 54.* Olvaldus *lib. 27. Donelli, cap. 9. littera G.* quamvis aliter Cujacius totam eam clausulam Tribonianus tribuat *lib. 24. observ. cap. 38. & lib. 2. differant. Modest. in dicta l. non tantum.* Castillo *de alim. cap. 37. §. 2.* Ob eam ferè rationem privilegium hoc competit focero utriusque conjugis, videlicet patri mariti, si soluto matrimonio pro dotis restitutione conveniatur; nam si maritus in patris potestate sit, transit etiam in foceri familiam nurus, *l. 1. §. si vir, ff. ad Syllanianum, l. penult. §. ultimo, ff. quod falso int. l. si maritus 46. ff. famil. ercisc.* Si verò maritus sit emancipatus, cum marii potestati uxor subjiçatur, debet utique reverentiam focero, cui & maritus, quamvis emancipatus, naturali ratione, utpote patri, debet, *l. 1. §. si pater 14. ff. ad Syllanianum;* & consequenter semper focer nurui loco parentis est, idcirco privilegium hoc focero competit, *l. rei judicate 15. §. ult. cum l. sequenti, ff. solut. matrim. l. sicuti 21. ff. de re judic.* Et licet circa focerum, patrem videlicet mulieris, dubitatio possit, quia nec genet in foceri familiam, aut potestatem transit, nec maritus uxoris potestati subjiçitur, & ita cessat utraque ratio supra considerata; tamen quia propter affinitatem etiam in focero affectionis paternæ ratio consideratur, ut deducitur *ex l. ult. ff. de his quibus ut indig. junctò Cujacio lib. 14. respons. Papin. in l. in tacitis 103. ff. de legat. 1. & in l. unic. C. de caduc. tollend. l. 4. §. hoc itaq; ff. de gradibus, l. 3. in fine, C. de natural. liberis,* obtinuit magis concedendum esse privilegium nostrum focero ex promissione dotis convento à genero, *dicta l. ex diverso 17. ff. solut. matrim. l. sicuti 21. cum l. sequenti, ff. de re judic. l. penult. ff. de jure dot.* docent Barbosa

Barbosa in dicta l. maritum 12. num. 59. Ofvaldus lib. 27. cap. 9. littera H. An tamen eo privilegio fruatur focer semper, & indistinctè sive constante matrimonio conveniatur, sive soluto; & sive dolo fecerit, sive non, inter Jurisconsultos non convenit, ut apparet ex d. l. ex diverso 17. dict. l. sicut 21. dict. l. penult. pro quibus conciliandis, rejectâ emendatione Fabri lib. 2. consuet. cap. 14. reponentis in extremo dictæ legis sicut 21. hæc verba, sed alio, & alio jure utimur; & omisâ antiquorum sententiâ, quæ admittit inter Consultos dissensionem, quam docuerunt Alexander in l. rei judicata 15. num. 9. ff. solut. matrim. Jason in dict. l. sicut 21. num. 4. Campegius de dote. 3 p. quest. 250. Bæza de inope debet. cap. 17. num. 57. Connanus lib. 8. comment. cap. 9. num. 8. Donellus lib. 27. comment. cap. 9. dicendum est, focerum patrem uxoris frui utriusque generaliter, & indistinctè privilegio hoc contra generum, si dote promissa conveniatur constante matrimonio, ob manentem adhuc affinitatis, & reverentiæ rationem, dict. l. ex diverso 17. Sic accipiendæ sunt lex sed hoc ita 22. & lex penultima, ff. de re jud. eoque referri potest textus in l. si extraneus 33. §. 1. ff. de jure dot. junctis Ofvaldo lib. 4. Donel. cap. 14. littera K. Fabro decad. 82. error 10. Schifordeg. ad ipsum. lib. 3. tract. 2. q. 4. non autem si soluto matrimonio conveniatur, quia tunc non militat eadem affinitatis, & affectionis ratio, ideoque diverso jure utimur. Nec privilegium constante matrimonio indistinctè tribuitur; sed ex causa justa, veluti si fortuito casu, postquam dorem promissit, factus sit non solvendo; ceterum si sciens se non esse solvendo, decepit generum, vel ei insidiatus est, dum filia suadet, ut à marito diverat, non succurritur illi, dict. l. pen. ff. de jure dot. quam ita exponit Græcus Scholiastes libro 28. Basilic. tit. 15. & post alios Barbosa in dict. l. maritum. 12. num. 67. Ofvaldus dict. lib. 27. Donelli. cap. 9. littera L. De hoc privilegio ex causa dotis competente loquuntur textus in l. si cum procuratore 23. cum l. sequent. l. & exheredatum 49. l. si verum 52. ff. de re judic. l. ex diverso 17. §. ultim. l. si post 27. cum l. sequenti, l. si maritus 45. l. si filius 53. cum sequent. ff. solut. matrim. l. si minor 51. §. 1. ff. de procurat. l. si mulier 21. §. ultim. ff. de action. rer. amor. l. nec maritus 8. C. solut. matrim. l. 3. ff. de privil. credit. aliâ l. interest. 18. ff. de rebus auctor. judic.

Ad quartam personarum classem, quibus hoc privilegium competit, spectant patronus, patrona, & eorum liberi parentesque conventi à liberto, in quem inestimabile libertatis beneficium contulerunt, l. patronus 17. l. inter 19. l. & exheredatum 49. ff. de re judic. l. exceptiones 7. ff. de exceptionibus l. maritus 54. ff. solut. matrim. l. verum 63. §. 1. ff. pro socio, l. licet 7. l. liberto 9. ff. de obseq. parent. Illustrant Bæza de inope debet. cap. 17. num. 33. Ofvaldus lib. 27. cap. 9. littera L. & lib. 25. cap. 2. littera I. Pichardus in manu. dicit. 2. p. præcep. 9. n. 3. Item donator, cui ne ex liberalitate sua inops omnino reddatur, privilegium hoc competit, l. inter 19. §. 1. l. cum ex causa 30. l. Nejemius 41. per totam, l. exheredatum 49. cum sequent. ff. de re judic. l. qui ex donatione 12. l. qui id quod 33. in princip. & §. ultim. ff. de donat. l. maritus 54. ff. solut. matrim. l. penult. ff. de novat. l. Dronus 28. ff. de reg. jur. ubi latè explicant Petrus Faber & Jacob. Gothofre-

us, Barbosa in dict. l. maritum 12. num. 100. & in dict. l. alia 15. §. eleganter, num. 36. Pacius centur. 4. quest. 56. Hermosilla in 4. tit. 4. part. 5. glos. 2. Ofvaldus dict. cap. 9. duplici littera I. Giurba decif. 5. Salgado in labyrinth. 1. p. cap. 24. num. 108. D. Joseph. de Retes de donat. cap. 20. num. 1. Gutierrez de juramento, 3. p. cap. 15. ex num. 19. & ad hanc partem referendus est textus in l. si extraneus 33. ff. de jure dotum; ubi quod Ulpianus innuit in vers. quemquam in id, extraneum promissorem dotis à marito conveniendum esse tantum in id quod facere poterat, difficile prorsus est, ex l. penult. in princip. ff. de jure dot. dict. l. Nejemius 41. ff. de re judic. nisi vel Ulpianum accipias de extraneo, qui non solum uxori, sed etiam marito donandi animo promissit; & ideo etiam mariti respectu fruatur privilegio, ut interpretantur Faber lib. 2. consuet. cap. 13. Olea de cess. jur. tit. 5. quest. 12. vel nisi verba illa, Et spem, transferas, referasque ad uxorem, quæ, utpote donataria, non poterat promissorem dotis convenire, nisi in quantum facere poterat, dict. l. Nejemius, ubi Donellus lib. 27. comment. cap. 9. & Ofvaldus littera C. Cujacius lib. 12. obs. cap. 17. Ad hanc etiam præsentis privilegii partem spectant textus in l. ex pollicitatione 9. l. penult. ff. de pollicit. ubi in dict. l. 9. docetur, ex pollicitatione facta Reipublicæ alicujus operis, si quidem ob honorem facta sit, teneri in solidum, tam ipsum, quam ejus heredem; si verò conveniatur ex causa promissi operis cepti, nec perfecti, & bona ejus non sufficiant liberalitati promissi operis solvendæ, ipsum quidem & heredem extraneum in quintam partem patrimonii sui, liberos autem ejus in decimam teneri: quod difficile est ex supra traditis; siquidem donator tantum in quantum facere potest, condemnatur: & in eadem specie in dict. l. penult. docetur, extraneum heredem teneri in quintam partem patrimonii defuncti, non autem in solidum, ut in princip. dict. l. 9. Sed rejectâ emendatione Cujacii lib. 4. differens. Modest. in dict. l. 9. existimantis in dict. l. penult. legendum esse negatione adjectâ, supponendum est in dict. l. 9. & penult. specialiter agi de pollicitatione, quæ inter privatos facta non obligat civiliter, l. 3. ff. de pollicit. l. juris 7. §. sed cum nulla. ff. de pactis; nec etiam cum Reipublicæ fit, nisi vel fiat ob honorem ei, qui pollicetur, decretum, vel decernendum; vel si opus pollicitatione promissum ceptum sit, l. 1. §. 1. & sequenti, l. 3. l. cotiens 6. in princip. & §. 1. l. si quis ob honorem 11. ff. de pollicit. l. hoc jure 19. ff. de donat. Quo casu cum ex pollicitatione ob honorem, quem quis à Republica accepit, convenitur, non tam ex mera liberalitate, quam ex promissione ob causam, quæ ad negotii contracti, & debiti potius quam ad donationis genus accedit, debitor est, l. 1. in princip. & l. Aristo 18. l. hoc 19. §. 1. & §. 4. l. si pater 24. §. 1. ff. de donat. eruditè illustrat Galbanus de usufruct. cap. 15. & ideo nihil mirum, damnari ipsum, & heredem etiam in solidum, non in quantum facere possunt, dict. l. ex pollicitatione 9. in princip. Si verò pollicitatione sine causa Reipublicæ factâ, ex eo solo quis conveniatur, quia facile opus fecit, quamvis ea pollicitatio propriè donatio fuerit; ideo tamen non competit privilegium hoc, quia non ex pollicitatione, quæ sola sine causa non sufficeret, sed ex causa cepti operis convenitur; quo casu

distin-

distinctionem illam quintæ, & decimæ partis, ut mediocrem; Principum constitutiones admiserunt, dicta l. 9. ad quam speciem ibi relatam redigenda omnino est sententia Pomponii in d. l. penult. in 2. p. ff. de pollicit. ubi quamvis factam fuisse fateamur pollicitationem ob honorem, cum tamen Pomponius supponat non nisi ex causa certi operis peti, intelligendum necessarium est, decessisse promissorem ante honorem decretum, vel inchoatum; & ideo contra hæredes non nisi ex causa cæpti operis succedit petitio quintæ, aut decimæ partis, l. toties 6. §. 1. l. si quis ob honorem 11. ff. de pollicit. docuit Albericus in d. l. toties.

13.
De filio
emanci-
pato.

Ad quantum classẽ personarum, quæ tantum in quantum facere possunt, damnantur, spectant illæ, quæ ob inopiam miseratione dignæ sunt, veluti emancipatus, vel exheredatus, quive paternam hereditatem se abstinuit, aut ex minima parte hæres fuit; ideoque causam cognitam non damnatur in solidum ex gestis cum filiusfamilias esset, l. 2. in princip. & §. 1. cum sequem. ff. quod cum eo, l. 2. l. si ex alia 9. C. cod. ut. l. exheredatum 49. ff. de re judic. l. 3. §. sed utrum, ff. de minor. l. si dubitet 10. §. ult. ff. de fidejuss. Excipiendi tamen, & explicandi sunt tres casus. Primus est quoties filius in supradictis casibus ex delicto, dolove convenitur, quia tunc privilegio non fruitur, l. 4. §. quamquam, ff. quod cum eo; ubi id refertur in actione mandati, quæ bonæ fidei est, quia in actionibus bonæ fidei, tantum id procedit, quia idem admittitur in judiciis stricti juris, l. qui cum se 10. ff. de re judic. Faber in ration. ad d. l. eum qui 6. Secundus casus est in d. l. 5. junctal. 3. §. ult. ff. ad Macedon ubi filiusfamilias qui pecuniam quam mutuam accepturus erat, ante numerationem spondit, & postea emancipatus accepit, condemnatur in solidum, quia substantia obligationis expleta est post emancipationem, numeratione tunc facta, sine qua stipulatio effectum non haberet; & ideo post emancipationem mutuum celebrari creditur, l. si ita 6. §. ult. cum sequenti, ff. de novat. l. si ita 126. §. Chryfogonus, ff. de verb. oblig. l. obligamur 52. in princip. & §. re, ff. de obl. & act. l. certi 9. §. numeravi, ff. de rebus creditis ubi Donellus, lib. 16. comment. cap. 20. Cujacius lib. 3. 99. Pauli in d. l. ergo 5. Tertius casus extat in l. Pomponius 15. ff. de negot. gest. l. si filius 11. ff. de tutel. & rationibus, l. tutorem 37. §. ult. ff. de administrat. tut. ubi explicat Cujacius lib. 11. 99. Pauli, & lib. 9. Pauli ad edict. in dicta l. Pomponius 15. Faber in ration. ibidem. Etiam in eadem classe recensendi sunt, ut privilegio hoc potiantur, is qui bonis cessit, si post cessionem à prioribus creditoribus conveniatur, l. 4. & 6. ff. de cess. bonor. l. item 17. ff. de receptis, §. ultimo, Instit. de action. junctal. si quis 49. ff. de partis; & ille cujus bona omnia à creditoribus sine dolo malo ipsius vendita sunt, l. ult. C. de revocand. his qua in fraudem, l. ult. §. ult. ff. qua in fraudem credit. l. si quis 51. ff. de re judic. quibus jungendi sunt Cujacius ad titulum de revocand. his, qua in fraudem, & lib. 12. observ. cap. 5. & laudati ab Olvaldo lib. 27. comment. cap. 9. littera P.

14.
De milite,
& clerico.

Tandem aliis competit hoc privilegium, quia de Republica sunt benemeriti, ut milites armatæ militiae, l. miles 6. l. item miles 18. ff. de re judic. l. si castrense 7. ff. de castrens. pecul. Et licet non idem

admittat in militibus togatæ militiae, quales sunt Advocati, & bonarum Artium Professores, Duarenus in d. l. miles 6. Donellus lib. 27. comment. cap. 9. magis tamen obtinuit, competere illis hoc privilegium, argumento ex l. Advocati 14. C. de advocat. divers. judic. l. medico 6. cum l. sequenti. C. de Professor. lib. 10. l. 8. tit. 31. partit. 2. ex quibus ita docuerunt Rodericus Suarez in l. 2. tit. de los gobiernos, lib. 3. fori. §. quinto, num. 12. Olvaldus lib. 27. comment. cap. 9. littera L. Azavedo in l. ult. num. 63. tit. 21. lib. 4. recopil. Bæza de inope debet. cap. 16. num. 127. Antonius Gomez in l. 8. Tauri, num. 17. immo & nobilibus exemplo militum, privilegium hoc competit, ex l. 4. & 6. tit. 2. lib. 6. recopil. Covar. lib. 2. var. cap. 1. num. 4. Gutierrez de juramento, l. p. cap. 16. Tandem eorum etiam exemplo hoc privilegium clericis Ecclesie infervientibus competit, ex præfenti Gregorii decretali. Cujus ratio ex eo provenit, nam cum militibus hoc privilegium competat, & clerici milites sint celestis militiae, cap. dilecto. cap. cum secundum, de præbendis, cap. 1. de clerico agrotante, cap. Salvator, circa medium, l. 9. 3. cap. militare 23. q. 1. cap. reprehensibile, ibi: Cum militum Christi sit Christo servare, militum vero sæculi sæculo, 23. q. 8. cap. degradatio. §. actualis, de penis in 6. D. Augustinus epist. 70. ad Bonifacium Comitem, ibi: in silencio pugnant milites Christi, non ut occidant homines, sed ut expugnent principes, & potestates, & spiritualianequitas notavi in cap. 1. de renunc. ideo fruuntur eodem privilegio, quia ut ipse Everardus & alios docuit Mancinus sacri juris doctor, disert. 22. clerici gaudent omnibus privilegiis militaribus, dummodo eorum statui conveniant. Accedit, nam si aliis personis supra relatis conceditur hoc privilegium propter reverentiam illis debitam, quanto magis idem privilegium clericis concedi debet? Tandem quia aliis cogentur clerici mendicare, in opprobrium totius ordinis clericalis, cap. Diaconus, 93. dist. Trident. sess. 21. de reform. cap. 2. Quare statutum fuit, ne clericus absque beneficio, vel competentis patrimonio ordinaretur, cap. 2. & 4. de præbend. & digni. quod adeo verum est, ut ita ordinatus non possit patrimonium, ad cujus titulum ordinatus fuit, aliquo modo distrahere, nisi aliis habeat unde commodè vivere possit. Trident. dicto cap. 2. Covar. lib. 1. var. cap. 4. num. 4. Et similiter non potest beneficium ad cujus titulum promotus fuit, renunciare, si aliis non habeat unde commodè sustentetur. Flaminus de reff. lib. 2. cap. 6. Unde ne unâ viâ admittatur quod aliâ prohibetur, contra textum in l. oratio, ff. de sponsi. cap. cum quid, de reg. jur. lib. 6. merito statutum est, clericum pro debito civili non esse in carcere detinendum, nec cogendum bonis cedere, sed competere illi privilegium ne conveniatur ultra quam facere potest.

Nec obstat dubitandi ratio supra adducta; nam licet stricto juris rigore attento, clericus cogendus esset bonis cedere; ut ita creditoribus satisfaceret; tamen virtute privilegii concessi in præfenti, ex rationibus ne conveniatur ultra quam facere potest, non cogitur prædictam cessionem facere, aut carceris molestiam pati. Nec obstat augmentum supra deductum ex d. cap. 2. de fidejuss. nam omnia solutione Archidiaconi, quam refert Sarmentus de redditibus 4. p. cap. 1. Respondeo textum illum procedere in clerico beneficium

beneficium habente unde possit sustentari, & simul satisfacere creditoribus; quo casu cogendus est per subtractionem fructuum creditoribus satisfacere, ut ibi probavi, relicta semper congrua illi sustentatione: arin praesenti textu adeo inops Odoardus erat, ut nec beneficium haberet, ex quo possit sustentari, & satisfacere creditoribus; idem jubet Gregorius, quod si de inopia aperte constiterit, excommunicatio in eum prolata relaxetur. Nec obstat ultimum augmentum ex dicto §. cum vero; nam etiam fateamur, remedium hujus textus Ecclesiae non competere (quod non disputamus) non tamen inde sequitur, non dari privilegium hoc clerico, cum Ecclesia incorporalis res sit, quae non eget necessarii sustentationem, ut clericus. Nec obstat si dicat Ecclesiam quoque vicualibus, ac necessariis indigere, ut ministros suos aliat; nam dicendum est, Ecclesiam adhuc posse cedere bona, licet ministros habeat, quos alere teneatur; nam tunc parochianos compellere valet, ut spirituales ministrantibus temporalia praebent; quod clericus facere non potest, cum culpa sua in paupertatem incidit, ut docuerunt Petrus Barbosa in l. alia §. eleganter, num. 9 Mancinus sacri juris controvers. dissert. 22. num. 13.

36. Sunt tamen nonnulli casus, in quibus clericus ultra quam facere possunt, conveniuntur, nec ad beneficium hujus textus admittuntur. Primus est, si negaverint se clericos esse tempore contractus, ut alios alliciant ad contrahendum. Gutierrez de jurament. 1. p. cap. 17. num. 20. nam qui negat qualitatem suae personae, ob quam illi conceditur aliquod privilegium, illud amittit, l. 1. ubi notat Glossa, C. ad Maced. l. 2. §. 3. C. si minor se major. l. 6. tit. final. partit. 6. docent Gutierrez in repetit. authent. Sacramenta, numero 56. Baëza de non meliorandis cap. 30. numero 11. Inde si nobilis tempore contractus affirmat se plebejum esse, non gaudet privilegio nobilitatis, immo incarceration pro debito ex illo contractu proveniente, ut resolvit Azevedus in l. 2. tit. 2. lib. 6. recopil. num. 29. quae limitatio non habet locum, si is, cum quo clericus contraheret, sciebat illum clericum esse, quia fraus scienti non fit, l. cum donationis, C. de transact. Azevedus ubi supra, num. 29. Secundò limitatur praesens textus in clerico bona propria occultante, ut ex eis non satisfaciat creditoribus; tunc enim potest excommunicari, & in carcere detineri, donec solvat, l. verum 63. §. hoc quoque 7. l. 68. §. 1. ff. pro socio, l. etiam 18. §. 1. ff. solut. matrim. l. si quis 51. ff. de re judic. docent in nobili idem resolvit Gutierrez d. p. 1. cap. 16. numero 14. Azevedus in dicta l. 4. num. 3. Occultans enim bona privatur legis beneficio, ut in abstentionis beneficio docetur l. si servum 70. §. si quis suus, ff. de acquir. hered. in beneficio legis Falcid. ex authentica de hered. §. Falcid. §. sancimus, collat. 1. Tertiò limitatur praesens textus in debito proveniente ex maleficio, vel quasi, cap. 1. de deposito, l. qui cum se 10. l. sed hoc 22. §. ultim l. si rerum 52. ff. de re judic. l. si mulier 21. §. ultim ff. de action. rer. amor. quam exponit Gentilis de donat. inter, l. 4. §. quamquam, l. 6. ff. quod cum eo; quia per delictum redditur quis indignus privilegii, seu beneficii, cap. eum qui 18. de praebend. in 6. Unde eo casu licet in corpore si non habet in aere, ex l. 1. ff. de penis, l. final. ff. de in jus vocando, l. si quis 7. ff. de jurisdic. profequuntur Gutierrez ubi supra, n. 22. Baëza dicto cap. 17. n. 14.

Superest pro coronide hujus commentarii, & totius tractatus de personis, quae ultra quam facere possunt, non condemnantur, exponere, an clerici, vel persona supra relate huic privilegio renunciare possint, & pacto promittere, se illo non uturos? Et renunciare posse, suadet ex sequentibus. Primò ex l. quamvis 11. ff. de in jus vocando, ubi docetur, patronum posse renunciare privilegio, ne absque venia in jus vocetur, cum privilegium illud, sicut praesens, concessum sit patrono propter reverentiam, l. 2. C. de in jus vocando, l. libero 9. ff. de obseq. patron. & parent. Secundò quia legimus in l. nam & maritus 9. ff. de condit. indeb. juncto textu difficili in l. si quis reum 5. §. idem Julianus, vers. Sed est verius, ff. de liberat. legat. maritum, qui cum solvendo non esset, totam dotem uxori solvit, non posse repetere, sive sciens, sive ignorans solverit: ergo quia quando sciens solvit, renunciavit tacite huic privilegio. Tertiò facit pro hac opinione textus in l. cum qui 30. §. si mulier, ff. de jurjur. ubi si mulier deferente marito juraverit decem sibi dotis nomine deberi, affirmat Paulus, integra decem praestanda esse, & consequenter in solidum maritum damnandum esse, etsi solvendo non sit: id autem falsum esset, nisi intelligeretur, maritum renunciasse privilegio per conventionem, quae inest delationi juramenti, l. sed & si 25. cum l. sequent. §. ultim. l. ult. ff. de jurjur. l. depositus 5. §. si filius, ff. de peculio, l. 1. §. si pector. ff. quorum verum actio.

17. De renun-
ciations
hujus pri-
vilegii.

Quartò facit, & non leviter, Justinianus in l. unica, §. cum autem, C. de rei uxor. ubi aperte supponit, ita demum maritum condemnari in quantum facere potest: Si matrimonium fuerit dissolutum nullo pacto adhibito. Ergo quia pacto maritus potest renunciare huic privilegio. Eadem sententia suadet ex l. penult. vers. Propter militia cingulum, C. de pactis, ex quo notant Decius ibi, num. 23. Ripa in l. miles, num. 2. ff. de re judic. militem posse huic privilegio renunciare, sicut & apud nos nobiles possunt renunciare privilegiis concessis in l. 3. 4. §. 5. tit. 2. lib. 6. recopil. ne in carcerem detrudantur pro debito civili, & ne executio fiat in eorum armis, & equis, ut docuerunt Gregorius Lopez in l. 34. verbo De sanguine, tit. 34. partit. 7. Covar. in cap. quamvis, 2. p. in princip. num. 5. Baëza de inope debit. cap. 16. num. 17. Facit tandem textus in l. si quis in conscribendo, C. de Episcop. & Cleric. ubi statuitur, licitam esse renunciationem privilegii competentis ratione sacerdotii: igitur & praesentis privilegii renunciatio valida erit. Sed contrarium, videlicet renunciationem praesentis privilegii nullam esse, docuerunt pluribus relatis Balboa in cap. 1. de foro competentis, q. 11. num. 106. Fermosinus in cap. si diligenti, q. 3. eodem tit. Pichardus in manu duct. 2. p. precept. 9. num. 36. Acacius de privil. parent. cap. 11. & probatur ex eo, quia cum damnari in solidum sit contra reverentiam his personis debitam, est etiam contra bonos mores pactio interposita, per quam beneficium hoc remittitur, l. pacta 6. C. de pactis: nec similis conventio sufficiet, ut per eam renunciatur huic privilegio, l. alia 14. §. 1. ff. solut. matrim. unde rectè Covar. in cap. quamvis, 2. p. in princip. num. 8. de pactis in 6. Lara in l. si quis à liberis §. §. sed si filius, numero 94. ff. de liber. agn. Gutierrez de jurament. 1. p. cap. 16.

cap. 16. num. 17. Baëza de inope debet. cap. 17. num. 35. Barbofa in dicta l. alia 14. ex num. 1. & in l. maritus 13. ex numero 27. Ofualdus lib. 27. Donelli. cap. 9. littera Z. distinguunt inter eas personas, quibus ob reverentiam hoc privilegium competit; ut parentibus, conjugibus, patronis, & clerensis; & eas, quibus non ob reverentiam conceditur, ut socio, militibus, & aliis. In primis renunciationem similis privilegii locum non habere constat; in secundis verò valere, ideoque à socio, & similibus pacto renunciari posse, juxta regulam legis si iudex 41. ff. de minor. l. penult. C. de pactis.

18. Nec hac sententiã retentiã obstant contraria fundamenta. Non textus in dicta l. quamvis 11. pro cuius solutione Petrus Barbofa in dicta l. maritum 12. ex num. 27. & in dicta l. alia, §. 1. ex num. 1. affirmat privilegium illud patroni, ne in jus vocetur sine venia, in eo versari, ne vocetur invitus sine venia, ut contingit in aliis qui privilegium illud non habent ex natura ipsius vocationis, l. 1. ff. de in jus vocando, tit. Ut eant, junctis l. 2. ff. de in jus vocand. cum l. 1. l. sed & si 26. §. ait Praetor 2. ff. ex quibus causis major. Proinde si volens vocetur, non renunciat privilegio, quod ei non competit, nisi cum invitus vocatur, ut explicat post ipsum Ofualdus lib. 23. Donelli, cap. 2. littera I. Diversum autem ait esse in presenti privilegio, quod ita conceditur, ut nec volens, qui illo fruitur, solvat ultra quam facere potest, ex d. l. alia 15. §. 1. Sed in hac posteriori parte labitur perdoctus Barbofa, quia cum privilegium hoc concedatur personis supra enumeratis, ne ultra quam facere possunt, conveniantur, seu condemnentur, dicta l. fundi 16. l. non tantum 20. cum sequenti, ff. de re iudicat. conveniri tamen, & condemnari, sicut & alia judicialia, exercentur in invitum, qui necessitate obligationis adstringitur ad solvendum, l. inter 83. §. 1. ff. de verb. oblig. l. ut ff. de separ. junctis l. debitor 108. ff. de verb. signif. princip. Insit. de obligat. negari non potest privilegium hoc in eo consistere, ne invitus cogatur solvere, ut considerat Immo-la, & Alexander in d. l. in tantum 20. Quare hac omisa solutione Illustr. præceptor D. Franc. Ramos in privato scheidasmare ad d. l. sunt personæ (ex quo ferè totum commentarium hoc transcriptum) 16. eruditè docet, privilegium prærens marito, & aliis personis concessum, in eo consistere, ne invitum compellantur solvere ultra quam facere possunt, & quidem rei iudicandæ tempore, l. res iudicata 15. ff. solut. matrim. l. verum 62. §. tempus, ff. proficisco. Unde sequitur, privilegium hoc non tribuere illis personis jus actionis, aut petitionis, sed tantum exceptionem; non quia perimat obligationem, vel actionem, siquidem solidum semper debetur; quare privilegium hoc malè inter exceptiones referri docuit Vultejus lib. 2. de iud. cap. 4. sed tantum privilegium hoc moderari executionem rei iudicata, ne in solidum fiat ultra quam condemnatus facere potest, l. 2. ff. de constit. pecunia, l. ex diverso 17. §. ult. ff. solut. matrim. Unde sequitur, ut si maritus, vel similis persona paciscatur, ut in solidum condemnentur, pactum non sit servandum, quia si servaretur, damnaretur, & consequenter urgeretur invitus ad solidi præstationem, contra reverentiam illi debitam, essetque talis renunciatio privilegii contra bonos mores, dicta l. alia 14. §. 1.

Eademque ratione si patronus pacisceretur cum liberto, ut ab eo in jus sine venia vocari posset, inutile pactum esset; quia ex eo sequeretur, posse invitum patronum in jus sine venia vocari, contra reverentiam patrono debitam, quam ipse remittere non potest, l. 3. C. de bonis liberti. Ofualdus lib. 23. Donelli, cap. 2. littera I. Econtrario si maritus volens solidum solvat, aut patronus sine venia vocatus sponte in jus veniat, libertus non punitur, dicta l. quamvis 11. quia non renunciat privilegio, quod eis duntaxat competit, ne invitum cogantur; sed sumus extra casum, & terminos privilegii, ideoque nec ille, qui solidum solvit, repetit quasi indebitum, d. l. si quis rem 5. §. 1. d. l. nam & maritus 9. ff. de condit. indeb. præsertim cum privilegium hoc tantum tribuat personis privilegiatis jus retentionis, non autem retentionis, ex regula legis ex quibus 81. ff. de condit. indeb. Sed etsi fateamur, renunciari aliquatenus privilegio, dum maritus volens solidum solvit, aut patronus sponte in jus venit, contra dicta in l. alia 14. §. 1. adhuc tamen ex eisdem principis in promptu explicatio est; quia per pactum renunciari expressè quod prohibetur, ex ratione jam tradita, ne invitum compellantur contra reverentiam, dicta l. 14. §. 1. dicta l. 3. C. de bonis liberti. At dum sponte solidum solvitur, aut in jus venit, vel nulla, vel si qua est renunciatio, tacitè fit; & ita invitum non coguntur. Est autem sapes in iure taciti, & expressè diversum iudicium, si adest diversa ratio, l. nonnunquam 52. ff. de condit. & demonstr. l. si quis Semprouiam 68. ff. de hered. instit. Barbofa in dicta l. maritum, num. 28. Idque mirè firmatur sequenti exemplo, quippe patronus gravamen impositum à liberto suæ legitimæ portioni, etsi promittat se solviturum, non cogitur, ne minuat pars ex legibus debite verecundia, seu reverentia patronali, si ex tali promissione invitum præstare compellatur, l. si patronus 20. ff. de donat. Et tamen si idem sciens solvat fideicommissum, quo legitima onerata est, non repetit, l. uia tenen 27. §. 1. l. patronus, ad Trebellianum, l. penult. §. si patronus, ff. de bonis liberti quia privilegium est, ne invitum compellatur, l. cum patronus 28. ff. de legat. 2. & ita volens præstare potest. Quæ etiam ratione & exemplo rectè placuit illum, cui privilegium competit, ne ultra conveniatur, quam facere potest, quamvis ei remedium cessionis bonorum, nec utile plerumque sit, nec necessarium; posse tamen, si velit, cedere omnibus bonis; quia volens præstat solidum factò ipso dum cedit, nec invitum ut cedat, cogitur. Immo pertinere potest si nondum cum effectu cesserit, l. 2. §. 5. ff. de cessione bonorum. Prosequitur expositionem textus in dicta l. 5. §. idem Julianus, D. D. Franciscus Ramos ubi supra num. 18.

Nec etiam favet auctoribus contrariæ sententiæ textus in dicta l. eum qui 10. §. si mulier, ff. de iurejur. cui duplex intellectus assignari valet. Primus est, quod si maritus in con. roverta an. 30. §. si esset idoneus integris decem solvendis, quæ in muliere, de dote accepit, detulerit juramentum uxori, tenetur maritus integra decem præstare, absque hujus privilegii beneficio; quasi controversia illa, an esset maritus idoneus totis decem solvendis, decisa sit per iusjurandum, post quod amplius queri non potest, nisi an iuratum sit, l. 2. §. 1.

l. 7. §. dato, de iurejur. 3. post rem 56. de re iudic. neque delatione iuramenti renunciat privilegio maritus, sed iuramento declarat ei non competere privilegium; quia idoneus est totis decem solvendis. Conducit singularis in re simili textus in l. adoptionum 8 §. patronus, vers. Aut si me deferente. ff. de in ius vocando, junctim l. 2. C. de bonis libert. Diversum est si in controversia de datione dotis iurasset mulier decem se in dotem dedisse; tunc enim videretur juratum de facto dationis, non de jure exactionis, aut debiti; & idem saluum esset marito privilegium etiam post iuramentum, d. l. cum qui 30. §. si mulier; quam ita exponunt post antiquiores Faber in ration. ibi, Barbosa in d. l. maritum 12. num. 39. Secundò accipi potest textus ille ut differentia ibi proposita non sit referenda ad terminos hujus privilegii, sed ad eam casum, in quo maritus propter impensas in dotem factas, de quibus in l. unica, §. taceat C. de rei uxoris action. contendebat se totam dotem reddere non debere; in qua controversia si iuramentum mulieri detulerit, eaque juraverit decem dotis sibi deberi, integra decem reddenda erunt, quasi decisa per jurandum quaestione retentionis impensarum: sin autem juraverit, se decem in dotem dedisse, adhuc locus erit retentioni ob impensas, ut id dumtaxat praestetur, quod deductis impensis restitui oportet; quo modo ferè exaudit textum illum Cujacius lib. 18. Pauli ad edict. in d. l. eum qui 30. §. si mulier: & expendi ad rem potest Javolentus in l. Marcio 41. §. ult. ff. de legat. 2. cui jungendus Cujacius ibi, & lib. 26. observ. 13. Goveanus lib. 1. variar. cap. 13. Barbosa in rubric. solut. matrim. 3. p. num. 28. Faber lib. 1. coniect. cap. 3.

10. Dissolventur alia fundam. menta.

Nec etiam facit pro contraria sententia textus in d. l. unica §. cum autem C. de rei uxoris action. quia respondendum est, verba illa, nullo pacto adhibito, referenda esse, non ad casum privilegii maritalis, quoad exactionem solidi, sed ad casum restitutionis dotis annua, bima, trima die, in actione rei uxoris, quia quoad hunc effectum pactio mariti de dote statim restituenda, est efficax, si fiat in continenti tempore solui matrimonii, si-ve divorcii, non sit ex intervallo, l. iuris 7. §. quinto, ff. de pactis. Nec hac interpretatione admittitur violatur contextus dicti §. cum autem, quasi scilicet mentio pactionis referri potius debeat ad privilegii praesentis casum, qui proximior, & immediatus procedit, quam ad casum dilationis dotis restituendae, qui remotior est; quippe praeterquam quod novum non est in jure, aliisque libris, vocem quae absurdè ad proxima

referretur, referri ad remotiora, id facilius admittitur in dicto §. cum autem; ubi unà orationis contexturà, & ferè periodo, innovat Justinianus utramque differentiam actionis rei uxoris, & ex stipulatu, tam circa solidi exactionem, quam dilationem dotis solvendae. Nec etiam obstant verba illa; in hac parte, dicti §. cum autem; quia etiam relata, ut referenda sunt, ad utramque partem, seu differentiam propositam in initio dicti §. cum autem, nimirum de exactione solidi, & dilationem dotis solvendae; non tamen evincunt valere pactionem soluti matrimonii tempore adhibitam, ut maritus condemnatur ultra quam facere potest; sed differre jus innovatum à Justiniano in hac parte, si-ve in duabus his differentiis, ab innovato in §§. praecedentibus, in quibus retinetur jus antiquum, si-ve natura actionis ex stipulatu pro dote, veluti in eo ut cesset edictum de alterutro, ut dos apud maritum non maneat mortuà uxore, sed haeredibus ejus restituatur, ut retentiones ex dote non fiant, dicta l. unica §. Primum itaque §. cum sequent. At verò in dicto §. cum autem, privilegium praesens, & dilatio dotis solvendae, quae propria fuerant actionis rei uxoris, comprobantur, & transferuntur ad actionem ex stipulatu. Nec obstat quod de milite, & nobili dicebamus; nam cum illis non competat hoc privilegium ob reverentiam illis debitam, ut supra retuli, idem potest ab illis renunciari. Nec tandem facit pro contraria sententia textus in d. l. si quis in conscribendo, quia respondetur, in eo textu agi de peculiari privilegio sacerdotum Ecclesiae Constantinopolitanae, de quo in authent. Sancimus. C. de Episcopis & clericis. Et si credimus Baronio tom. 7. anno Christi 528. textus ille non est Justiniani, sed Epiphani, seu Menae, Praefuli Constantinop. Jure verò Pontificio non posse clericum renunciare privilegio, de quo in eo textu, jam probavi in cap. si diligenti, de foro comper.

21. Pro colophone hujus commentarii circa privilegium quod hucusque illustravimus, notandi sunt textus in l. 4. §. sed & si mulier, ff. de doli except. l. si mulier 21. §. ultim. & l. 13. ff. solut. matrim. l. 21. §. ult. ff. rev. amot. l. 5. §. idem Justinianus, de liber. legat. l. tutorem 37. §. 2. ff. de admistr. tut. l. si bona 40. ff. de oper. libert. l. quamvis 8. §. si mulier, ff. ad Vellejanum, l. ult. C. de his qua in fraudem credit. l. si provata 27. ff. de religiosis, l. si quis crediderit 49. ff. de pactis, l. 1. §. sed si jam factum, ff. de collat. dot. l. si socius 81. ff. pro socio.

CAPUT ULTIMUM.

(a) Idem.

IS qui conqueritur indebitam pecuniam se solvisse, probare tenetur, quod indebitè sit soluta, nisi ejus adversarius solutionem inficiens exinde convincatur; tunc enim diffidenti onus incumbit probandi quod debitum recepisset.

NOTÆ.

1. (a) Dem.] Gregorius IX. videlicet, qui textum hunc transcripsit in l. cum de indebito 25. ff. de probat. cujus §. primam partem etiam retulit D. D. Gonzal, in Decretal. Tom. III. Pars I.

lit ipse Gregorius in cap. si cautio, de fide instrum. ubi jam notavi: textum autem in dicta l. cum de indebito, non Pauli, ut praefert inscriptio, sed Tribonianus esse, qui plura in ea ad usum fore supposuit, & accommodavit, docuerunt

runt Gifanius in l. 1. C. de condic. indeb. Ferrerius & Cujacius lib. 3. qq. Pauli, in eodem textu, Faber lib. 8. coniect. cap. ultimo, in fine, Cludius ad titulum de condic. indeb. cap. 9. num. 31.

COMMENTARIUM.

2. **Conclusio deducitur & probatur.**
 EX præfenti textu, prout jacet hic, vel in dicta l. cum de indebito, sequens communiter deducitur assertio: Conquerens se indebitum solvisse, id probare debet, nisi qui accepit, neget se accepisse, quatenus illi incumbit onus probandi. Probat ab specie textus in dicta l. cum de indebito 25. C. de probat. Illustrant ultra congestos à Barbosa, & Garanna hic, Cujacius in præfenti, & in dicta l. cum de indebito, Gifanius in dicta l. 1. C. de condic. indeb. Cludius ad tit. de condic. indeb. cap. 9. num. 31.

3. **Traditur ratio dubitandi.**
 Sed pro dubitandi ratione ita insurgo in regulam, & ejus exceptionem in præfenti relatas: Si repetens indebitum hanc qualitatem teneatur probare, ad impossibile obligari videtur, contra regulam nemo potest, in 6. adstringitur enim ad probandam negativam, quod scilicet pecuniam, quam solvit, non debeat: constat autem negativam probationem impossibilem esse, cap. super hoc, de renunc. cap. quoniam contra, de probat. ubi latè illustravi: igitur qui indebitum repetit, non potest cogi ad probandum indebitum solvisse. Deinde contra exceptionem à Gregorio adductam ita argumentor: Convictus de mendacio, privatur jure aliis sibi competente, authentic. & si possessionem, C. qui potiores in pignore; & beneficio, seu privilegio, si quod in causa illi competebar, l. si unus, §. final. ff. pro socio, modò privatur ipsa possessione, l. ult. ff. de rei vind. imò si debitor neget pecuniam sibi numeratam fuisse, & convincatur, amplius non auditur, l. 1. C. de furtis, cap. sollicitudinem, de appel. & merito, quia allegans contraria non est audiendus, l. non potest 44. ff. de reg. jur. Igitur qui negavit se pecuniam accepisse, non potest postea in judicio experiri, dum probare intendit pecuniam debitam accepisse.

4. **De indebiti conditione.**
 Adhuc tamen defendenda est Gregorii constitutio, pro cujus expositione sciendum est, debitum, seu indebitum quatuor modis dici posse. Primò indebitum esse potest utroque jure, civili & naturali, cujus exemplum adducit Glossa in l. 1. ff. hoc titulo, de eo, qui solvit quod promiserat sub conditione, quia tunc pendente nulla orta est obligatio, ideoque repeti potest, l. sub conditione 16. ff. de condic. indeb. idemque procedit si sub die certo promissum sit, §. 1. ejusdem legis, ubi adverbativam, autem, non opponi conditioni, sed rationi præcedenti, notavit Gentilis de temporibus appel. cap. 12. ad quem casum spectant textus in l. quod si in diem 16. ff. de petis. heredit. l. 56. §. finali. l. qui Roma 122. §. Flavius, ff. de verb. oblig. l. 3. §. final. ff. si cui plus quam per legem, l. pariter, §. penult. ff. de dote præleg. nisi conditio omnino extitura sit, quia tunc nulla datur repetitio, l. quod si 18. ff. de condic. indeb. Menchaca lib. 5. illustr. cap. 93. Secundò potest esse indebitum naturaliter, debitum verò civiliter, ut in chirographo scripto spe futuræ numerationis; quo casu civilem tantum obligationem, non naturalem dari, latè probant Donellus lib. 14. comment. cap.

37. Duarenus ad titulum C. de non numerat. cap. 4. Acofta in l. si ex cautione, in principio, notab. 1. Tertio potest esse indebitum civiliter, sed debitum naturaliter, ut in pacto nudo; juxta ea quæ latè adduxi in cap. 1. de pactis. Quarto potest evenire, ut debitum sit utroque jure, sed indebitum ope exceptionis, ut in casibus Vellejani, Macedoniani, & similibus, ex quibus obligationibus duæ priores, naturalis videlicet & civilis, simul impediunt repetitionem. Eum enim effectum habet obligatio naturalis, l. naturalis, ff. de oblig. & act. l. si jussor, §. fidejussor, ff. de fidejuss. l. si quod dominus, ff. de condic. indeb. Donellus lib. 12. comment. cap. 2. de obligatione civili, & naturali juncta, constat impedire repetitionem; nam qui ita debet, propriè debitor appellatur, l. creditores 10 ff. de vero. signif. Obligatio autem civilis nuda repetitionem non impedit, quia cum is, qui tantum obliga tione civili tenetur, habeat exceptionem qua liberetur, perinde habetur ac si obligatus non esset, ex l. nihil interest, ff. de reg. jur. ut etiam indebitum dicitur quando debitor tutus est exceptione perpetua, l. qui exceptionem 40. ff. de condic. indeb. Nec contrarium probat textus in l. Julianus 60 ff. de condic. indeb. nam in eo agitur de vero debitore, ut docet Donellus uti proxime.

Deinde sciendum est, solventem indebitum per errorem, dupliciter errare posse, vel in jure, vel in facto. Utriusque membri exempla adducit Consiliarius in l. 1. ff. de juris & facti ignor. & potest proponi in terminis legis error, C. ad leg. Falcid. veluti si quis non perpendens vires hereditatis, omnia legata in solidum solvat legatariis, putans amplius esse in hereditate, quam postea apparuit; tunc in facto erratum dicitur. In jure autem ipse errabit, si nesciat beneficium legis Falcidie sibi competere. Et licet repetitionem denegent illi, qui per errorem juris solvit, Cujacius lib. 5. objerit, cap. 39. Duarenus ad titulum de condic. indeb. cap. 3. Donellus lib. 1. comment. cap. 21. Bronchorst, centur. 2. assert. 36. Perez ad tit. C. de condic. indeb. num. 12. Contrarium tamen rectius docuerunt Sichardus, Wesembach. & Tuldenus ad eundem titulum, Grocius lib. 3. introduci. ad jurispr. cap. 30. Bachovius disput. 4. de action. thesi 17. Vinus lib. 1. select. cap. 47. per totum. Requiritur ergo ut indebitum sit ratione ejus persona, cui solvitur; nam qui debet certam quantitatem, quamvis respectu sui creditoris sit verus debitor, & ei solvendo debitum solvat, si tamen solvat alii, indebitum solvisse intelligitur, l. in summa 65. §. ult. ff. de condic. indeb. & è contra, quamvis alicui aliqua quantitas debeatur, si tamen solvat qui non debebat, debitum solvit, l. si pene 19. §. quamvis, ff. de condic. indeb. Nec contrarium probatur in l. de hereditate 5. C. de petis. heredit. vel illi qui falsò existimans se heredem esse, solvit creditoribus hereditariis, denegatur repetitio. Cui difficultari varias adducunt solutiones Barbosa in l. divortio 8. 2. p. §. ult. numero 5 ff. solut. matrim. Charondas lib. 2. verosimil. cap. 15. Brissolinus lib. 2. de solut. tit. de delegat. Madera aumadv. juris cap. 13. Perrus Gregorius lib. 22. synagm. cap. 9. M. Liclama lib. 6. membran. eclog. 17. Sed pro vera solutione ita distinguendum est. Aut is qui non debebat, solvit nomine veri debitoris, & hoc casu nulla conceditur repetitio, quia licet unicuique pro alio etiam invito solvere,

solvere, l. *soluzione* 23. l. *solvere* 53. ff. de solut. l. *soluendo*, ff. de negotiis gestis; textus ita intelligendus in d. l. de hereditate ubi heres postquam conventus fuit, solvit creditoribus hereditariis. Et quia tunc incertus erat de jure suo, solutionem fecit bona fide, id est, nomine hereditatis, aut ejus qui per sententiam verus heres pronuntiaretur: & ideo denegatur repetitio. Quo modo etiam accipiendus est textus in l. *repetitio* 44. ff. de condit. indeb. aut solvit nomine suo, credens per errorem se debere; quo casu cum debitor non sit, repetitionem habet, dicitur l. si poena 19. quo modo haec jura conciliant Cujacius lib. 8. observ. cap. 9. Duarenus ad tit. de condit. indeb. cap. 7. Donellus lib. 14. comment. cap. 13. Gilkenius ad tit. C. de condit. indeb. num. 27.

6. Tandem sciendum est, quod licet scienter solvens indebitum donare videatur, ideoque non possit repetere, l. 1. ff. de condit. indeb. l. *cujus* 53. ff. de reg. jur. l. *Campanus*, ff. de oper. libert. cum tamen per errorem solvit quod indebitum est, utroque jure, vel saltem naturali, licet civiliter debeat, repetitio competit, l. 1. l. 6. l. *fideicommissum* 7. C. de condit. indeb. Duarenus ad eundem titulum, Balduinus in *Novella* 1. *Marranus inter opera Merul.* cap. 2. *Serna exercit.* 2. *Hunnii volum.* 1. in *Treulerum disput.* 9. *Donellus* 14. *comment.* cap. 10. Si autem utroque jure, aut saltem naturaliter debeat, non datur repetitio, quia cum tantum aequitate naturali hac repetitio nitatur, l. *nam hoc natura*, ff. de condit. indeb. ideo cum naturalis ratio inducit obligationem, cessat repetitio. Similiter si civiliter, & naturaliter debeat, sed debitor exceptione tirus sit, aut quia exceptio elidit actionem, tunc quia modificat ipsam condemnationem, ut in textu antecedenti solutum per errorem repeti non potest, l. *idem*, l. *nam si* 17. ff. de condit. indeb. nisi exceptio perpetua sit, l. *qui exceptionem* 40. ff. eodem tit. Cujacius in l. 4. C. de pact. Prosequuntur hujus conditionis materiam Duarenus, & Andreas Cludius ad tit. ff. de condit. indeb. Bartolus Kefius interpret. cap. 24. *Larrea decis.* 85. *Vitalis lib.* 2. *variari.* cap. 22. & 23. *Pinellus lib.* 2. *select.* cap. 15. *Arias* a *Mela lib.* 1. *variari.* cap. 47. & lib. 2. *variari.* cap. 31. *Merillus lib.* 3. *observ.* cap. 10. & lib. 1. *variari.* ex *Cujacio*, cap. 20. *Madera animadvers.* cap. 13. *Heraldus lib.* 2. *emend.* cap. 24. *Gifanius in l. cum quis*, C. de jur. & facti ignor. *Hunnii ad Treutl.* volum. 1. *disput.* 22. q. 19. *Drekerus lib.* 1. *dissert.* 2. *Franzchiz dissert.* 2. num. 21. & circa eam observandi sunt textus in l. *de qua re*, §. *cum absentem*, ff. de iudiciis, l. *cum in fundo*, §. *ultimo*, ff. de jure dot. l. 41. ff. solut. matrim. l. 4. §. *si quis pupillo*, de doli except. l. 8. ff. de alim. legat. l. 3. §. 1. ff. de in rem verso, l. *debitor* 59. ff. ad Trebellianum, juncto *Fabro lib.* 7. *conject.* cap. 17. l. *si testamento* 49. §. *quod si dno*, ff. de fidejuss. l. *tutor* 26. ff. de liber. legat. l. 8. §. *si mulier*, ff. de Vellejanum, l. 5. §. *idem Julianus*, ff. de liber. legat. l. *militis* 36. §. *miles*, ff. de testam. milit. l. 7. §. *ultimo*, ff. de dote preleg. l. 38. §. *de peculio*, ff. de solut. ubi Cujacius tract. 7. ad *Afric.* l. *ultima*, vers. *Sicut e consuario*, ff. de negotiis gestis, l. 20. in princip. l. 24. ff. de action. empri. l. 9. ff. de constit. pecun. l. *si irasculularis* 59. ff. de solut. l. *si vendidero* 80. §. *penult.* ff. de furtis, l. *inter* 26. §. *mandati*, ff. *mandati*, D. D. *Gonzal.* in *Decretal.* Tom. III. Pars I.

l. *sed addet* 19. §. *si quis cum in annum*, ff. locari, l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig. l. 5. §. *si quis rogatus*, l. 19. ff. de donat. inter. l. 18. C. de usuris, juncto Cujacio ibi, & lib. 8. observ. cap. 9. l. 69. §. *fratre*, ff. de legat. 2. l. 22. §. *si pignus*, ff. *mandati*.

Deinde, ut ad nostrum Gregonium accedamus, qui integram hanc constitutionem de promptis ex dicta l. cum de indebito, sciendum est, primum casum proponi a Paulo in eo textu, eum reus indebiti conditione conventus inficiatur se pecuniam accepisse; actor autem contrarium probat. Nam tunc reus reddere debet pecuniam, nisi debitam fuisse probet; quia inficiationis, & mendacii poena est, ut onus probandi reus suscipere cogatur. Exemplum extat in l. *ea que* 4. C. de conati. indeb. §. *ult.* l. *str.* de oblig. qua ex quasi delicti. Secundum casum refert, si reus ab initio fateatur se pecuniam accepisse, neget autem eam fuisse indebitam; quo casu actori incumbit onus probandi indebitam a se per errorem solutam fuisse. Ratio hujus casus a Gregorio in presenti duplex assignatur. Alia colligitur ex d. l. cum de indebito, in illis verbis. *Quia enim solvitur*. &c. videlicet ex illa vulgari praesumptione, quod nullus creditur indebitum solvere, & negligenter se gerere in patrimonio sui administratione, l. *generaliter* 24. §. *si pecuniam*, ff. de fideicommiss. libert. l. *ult.* in princip. ff. de eo quod metus causa; quam late illustrant Tiraquellus in l. *si nunquam*, verbo *Donatione*, Gutierrez de *juram. confirm.* 1. part. cap. 27. ex numero 20. *Mendoza de pactis lib.* 1. cap. 4. *quest.* 1. num. 48. Unde cum reus, a quo is qui solvit, & pecuniam repetit, tanquam indebitum solutam, habeat intentionem suam fundatam in juris praesumptione, merito ipsi repetenti incumbit onus probandi, juxta legem Imperator 77 ff. de legat. 1. junctis traditus a Covar. lib. 2. *variari.* cap. 6. numero 1. *Alvarado de conject.* lib. 1. cap. 4. num. 8. *Mantica de conject.* lib. 1. tit. 2. num. 5. Altera vero ratio provenit ex eo, quia quemadmodum affirmativa, ita & quoties negativa fundamentum est intentionis actoris, vel etiam rei, ab eo qui eam allegat, probari debet, juxta legem 2. legem eum qui, ff. de probat. legem actor, C. eodem tit. atque ita cum repetens indebitum fundet suam intentionem in qualitate indebiti, merito eidem incumbit probatio. Tertius casus a Paulo refertur in dicta l. cum de indebito, si pupillus, minor, mulier, rusticus, miles, vel alius simplicitate gaudens, vel desidia deditus (quibus verbis Paulum monachos, & clericos intellexisse, ac comprehendere voluisse notarunt Joannes Bertrandus in vita ipsius Pauli, Merillus lib. 2. observ. cap. 20. & jam reuli in cap. 1. ne clerici, vel monachi) actores sint. Hi namque si indebiti conditione agant, obtinent, nisi reus conventus debitum esse solutum probaverit, cum hi plerumque forensium rerum ignari sint, illisque jus ignorare, & per errorem juris solutum repetere permittum sit, l. *penult.* ff. de jur. & facti ignor. Nec novum est, ut perpendatur in iudicio personarum qualitas, l. *Pomponius* 9. ff. de negotiis gestis, l. *nonnunquam* 72. ff. de iudic. l. *injuriandum* 34. ff. de jurejur. §. *non semper*: Nec tantum ex rebus, verum ex personis colliguntur conjecturae, cum facile credatur hujusmodi personas propter simplicitatem, & rerum imperitiam labi, & facilius indebitum solvere. Prosequuntur ipsius textus

interpretationem Cujacii, & Faber *ibi*, Andreas Cludius *ad titulum de condit. indeb. cap. 9. num. 40*

8.
Responde-
tur diffi-
cultatibus.

Nec obstant difficultates supra pro dubitandi ratione adductæ. Non prima; nam licet negativa non possit directè probari, quando mera est, vaga, & absoluta, juxta jura supra adducta; si tamen stricta sit, seu coarctata, ita etiam per indirectam optimè probari potest, *l. optimam, C. de contrahend. stipul. cap. extenore, de testibus*: quod manifestè videre est in negativa, de qua agimus; si enim quis probet pecuniam chiro-

grapho contentam, mutuum non accepisse, aut eam jam solvisse, indebitam fuisse per consequens negavit. Nec obstat secunda difficultas; nam responderetur, quod in præsentis specie is, qui negavit numerationem, si convincatur, teneatur postea probare debitam fuisse pecuniam; nec tunc contraria allegat, sed diversa: unde si quis judicio conventus ob mutuum, neget pecuniam sibi creditam fuisse, convictus potest opponere pecuniam jam solvisse, ut latè probat D. Josephus de Rees *lib. 7. opuscul. cap. 3. per totum*.

TITULUS XXIV.

De donationibus.

CAPUT I.

(a) Gregorius Asclepiodoto (b) Patricio Gallorum.

PRudentes viros, sicut estis, Regibus adherere, multorum solamen est. Nam tum præstantiorem sibi locum ad animæ utilitatem datum intelligunt, certum est, quia mercedis causas, ubi inveniunt, non postponunt. Quanto igitur affectu, quantaque devotione gloria se vestra in causis pauperum studio pietatis impenderit, dilectissimo filio nostro Candido Presbytero renunciante comperimus. Sed quoniam hanc sibi quodammodo nobilitas legem imponit, ut debere se quod sponte tribuit, æstimet; & nisi in beneficiis suis creverit, nihil præstitisse se reputet: paterna dilectione salutantes, gloriæ vestræ superscriptum Presbyterum, & patrimonium Ecclesiæ nostræ fiducialiter commendamus, ut ope gratiæ vestræ præmunitum, molestias, & onera nulla sustineat. Sic igitur boni studii in vobis cura proficiat, ut utilitates pauperum vobis annitentibus nutriantur, & sentiamus quod de charitate vestra præsumimus. Augete favoris vestri præsidia, quia apud nobilium mentes semiplenum bonum videtur, quod sine adjectione relinquitur. Et quoniam ab excellentissimis Regibus Francorum filiis nostris poposcimus, ut ipsum patrimonium sub sua cura habere dignentur, vobis adminiculantibus impleatur, us vestrum possit esse quod poposcimus: quatenus & nos gratias referentes, pro gloriæ vestræ incolumitate orare anxius valeamus, & vestrorum bonorum vicissitudinem Deus vobis omnipotens, & hic, & in futuro recompenset. Clavim verò à sacratissimo beati Petri corpore, in qua de catenis ejus benedictio continetur, transmisimus, quæ collo vestro suspensâ, contra omnia adversa vos muniat.

NOTE

1. (a) **G**regorius.] Ita etiam legitur in prima collectione, *sub hoc tit. cap. 1.* & verba hujus textus extant apud D. Gregorium *lib. 12. indict. 7. epist. 17.* ex quo registri ita restituta litteram hujus textus. Antonius Augustinus *in notis ad r. collect. in præsentiait*, non magnam fore jacturam si hoc textu volumen hoc careret, præcipuè cum non improprie hæitari possit, an legem contineat, cum in eo aliquid non jubeatur, permittatur, seu prohibeatur, ex traditis ab Anguiano *lib. 1. de legibus, cap. 7.* Credo verò primum compilatorem tantum quævisse in præsentis epistola sensum accommodatum, & ita

hæc verba compilasse sub titulo *de donat.* Cum enim nobilitas nihil aliud sit, quam divitiæ ex majoribus in successores derivatæ cum accessione virtutis, Aristotel. *lib. 1. Pol. cap. 1.* *ibi: Genere nobiles esse videntur, quibus majorum est virtus, & divitiæ.* Juvenalis *satyr. 2.* *ibi: Clarus genere, atque opibus vir.* Livius *lib. 32. de Urbe*, *ibi: Bona mulier, genere clara, ac divitiis; conferunt enim plurimum divitiæ ad magnanimitatem, per quam virtutem maxima nobilitas commendatur; ut ex Aristotel. docet D. Thomas 2. 2. q. 124. art. ult. illustrant Tiraquel. de nobilit. cap. 3. Eguinarius Varo eod. tract. cap. 2. Turtureus *lib. 2. cap. 6.* Valenzuela *consil. 166. num. 61.* & hi, qui abundant opibus à majoribus comparatis, atque traductis,*